

altera colludit, sed de hoc infra dicemus. Mendacium stat parifomiter in falsis allegationibus, per allegationes enim solum veras, concinnas, & sinceras informatur judex, ejusque animus manu quasi dicitur ad cognoscendam juris veritatem: *l. iuices, & auth. jubemus cod. de judic.* Argent. conf. 72. n. 1. vol. 1. quod etiam habet locum allegando apud Tribunalia, & Principem, licet enim de isto dicatur habere jura in scrinio pectoris *ex l. omnium cod. de testament.* tamen facile potest labi in jure: *l. 3. in fin. & ibi glos. fin. ff. de suppellect. legat.* Immo omnium habere memoriam divinitatis notius est, quam humilitatis: *l. 2. §. si quis cod. de vet. jur. enucl.* sic etiam Papa nonnunquam in jure fallitur: *cap. prærea, & ibi glos. super verba tal. de confes.* licet enim Pontifex sit necessario Doctor autoritate, non ita præcise scientia; & semper opus est quod ipse, & Reges de jure doceantur à partibus, & facti veritate, & multo fortius judices, unde descendit veritas, qua cum loqui, & disputare debent nostri Advocati.

6 Facit ad hoc; quia pœna falsi necessario est plectendus ille, qui solummodo correctas, antiquatas, & abrogatas leges in judicio allegat, ut optime suadet *Vigl. ad §. 1. Inst. de testament. ordin. n. 2.* Ne scilicet dum vetera pro novis citamus, ex falsis, & abrogatis constitutionibus imperitus Judex, vel nimis occupatus, & inadvertens sententiam ferat. Quanto ergo magis plectendi sunt, qui non leges, quæ quondam extiterunt, sed quæ numquam fuere, audacter allegant, illisque mentiendo incautos decipere tentant, ut argumentatur *Conr. Zahn. de mendac. lib. 2. cap. 6. n. 2.*

7 Hinc descendit, quod Advocati

allegantes verbis sesquipedalibus illos Authores, quorum scripta, vel absolute, vel non facile inveniuntur, & obvia sunt omnibus, de falsitate sint suspecti, ut dixit: *Tiber. Dec. in Apol. pro jurisprud. contra Alciat. cap. 22. n. 136.* & affirmavit *Tabor. lib. 1. cap. 50. exiom. 1.* Hoc tamen dixerim ego aperte limitari in Curiis famosis, & insignibus Civitatibus, ubi omnes fere libri inveniuntur, sicut hac urbe Ulyssiponis; quemcumque enim Authorem alleges, si non hic, illic invenies, sunt etenim publicæ Domus librorum in variis Cenobiis, & Advocati sunt, qui Bibliothecas habent ingentes.

Contentum tamen vellem Advo-  
catum nostris legibus, & Lusitanis Authoribus, si in terminis questio-  
nis loquantur; frustra enim tunc recurrendum est ad peregrinos,  
salvo ostendandi casu: sed hæc scien-  
tia facilis est, & magis dependet  
à pecuniâ, quam ab ingenio. Cer-  
tum est citari à multis Authores,  
quos neque intelligunt, & loquun-  
tur de Poetis, Historicis, Philoso-  
phis, & Theologis, quasi omnes  
noſſent, cum sint pauperis, & ru-  
dis Musæ; & ita ego agmen clau-  
do.

Fugiant ergo Advocati à menda-  
ciis, & falsis allegationibus, sicut  
docent veteres Jambi.

*Nihil vanitate mentiendi turpius,  
Odere Divi, odere homines men-  
daciū.*

Et Diabolus est solus mendacii pater: *August. de civit. Dei lib. 14. cap. 13.* neque durabit mendacium, licet sit speciose, & subtiliter ornatum; difficillimum quippe mendaciis canitiem inducere, & nullus mentiens diu latet. Hoc solum acquirit nendax lucri, quod si vera dixerit, nemo credat, quia in uno fallus, præsumitur in omnibus: *l. cum indebit. 25. ff. de probat.*

*Paris.*

Paris. cons. 90. n. 29. vol. 2. Ruin.  
cons. 29. n. 6. vol. 1.  
Di talem à nostris animis aver-  
tite pestem!

10 Et jure merito Judex debet re-  
pellere à judicio Advocatum men-  
daceum, & cavillosum: l. 3. ff. de  
bis quæ in testament. delen. Put. de  
Syndicat. in verbo Advocati causa-  
rum. n. 14. Tiraquel. de nobilitat.  
cap. 19. n. 9. Rol. cons. 36. n. 51.  
& seq. vol. 3. Petr. Gregor. in Syn-  
tagm. jur. univ. 3. p. lib 47. c. 5.  
n. 29. & contra tales Advocatos  
nimis invehitur Grat. discept. for.  
tom. I. c. 186. à n. 54. Thomas  
Mer. p. 3. collat. 10. cap. 19. & fa-  
cundia, quæ ad hoc conduit à Do-  
ctoribus dicitur canina. Cùm ergo  
Advocati debeant esse veritatis fol-  
lius defensores: Postius obs. 82. n.  
31. falsum recitantes tenentur fal-  
si, ut probat idem Author, citat-  
que Thomat. d. 50. n. 480.

11 Et Judex ex officio inquirit contra  
Advocatos cavillofos, & male se in  
officio versantes: Marant. in Spec-  
cul. Iudic. tit. & pervenitur n. 182.  
Roman. in Singularit. 730. Avel. in  
cap. 36. Prætor. glof. Abogados n.  
3. bonustx. in l. quisquis cod. de pos-  
tul. De his sane maiori proprietate  
(studio enim sunt fontes) dici pos-  
set, dicatque ex illis quisque.

Deme mihi studium, vitæ quoque  
crimina demes,  
Hoc pretium vitæ, vigilatorum-  
que laborum

12 Audite, Advocati mendaces, il-  
la elegantia verba Drexel. in Raeth.  
c. 35. n. 3. Ubi contra mendacium  
latè invehitur: illum legite quæso;  
uti etenim moneta plumbea & si  
magna, nullius est pretii: numinus  
argenteus, & si parvus, pretio lon-  
gè superat: sic homo verax vel uni-  
cus ante stat centum, milleque men-  
daciis. Quàm autem hoc probro-  
sum, & turpe, quòd monetam adul-  
terinam non feramus in marsupio,

linguam autem falsiloquiam tam fa-  
cile toleramus in ore proprio, vos  
videte!

Bene Poeta Claudianus sic de ve-  
ritate cantavit.

3,27  
Rv. 11

nullo livescere fuko,  
Nunquam falsa loqui, nunquam  
promissa morari,  
Invisos odiſſe palam, non virus  
in alto  
Condere, non latam speciem pra-  
tendere fraudi,  
Sed certum, mentique parem com-  
ponere vultum,  
Occulte ſævire vetat, prodeſſe  
remittit.

Duo hoc præclara sunt data nos-  
tris Advocatis, nempe dicere vera  
in processu, & beneficia in paupe-  
res lingua, calamoque conferre,  
hac enim maximè propria sunt re-  
galis animi, virique probi: menda-  
cium facit hominem Diabolum, ve-  
ritas semiDeum. Neque tantus est  
labor in Advocato vera, certaque  
dicente, quia veritas non affectat,  
non querit pigmenta, non concin-  
nos, non indiget verborum admi-  
niculis. Satis per se ornata, & nu-  
da luculentior, ideo ornamentis  
extrinsecus additis fucata corrum-  
pitur. Mendacium e. contra specie  
placet aliena, qua per se corrup-  
tum vanescit, ac defluit, nisi aliun-  
de ornatu quæſito circumlitum fue-  
rit, atque politum.

Mendax Advocatus de uno pec-  
cato in alium truditur. Hoc est men-  
daciis horrendum genus; quòd unum  
alterum trahat sua catena, & ne  
primum mendacium vacillet, substi-  
tuitur secundum, ne secundum  
ruat, additur tertium, ne tertium  
concidat, configitur quartum, &  
ut isti suus stet color, aliud exco-  
gitatur fædissimè. Ostende mihi men-  
daciem Advocatum, & ego osten-  
dam tibi furem; nam usque ad hæc  
tempora non erravit vetus paræmia:  
*Si mendax: ergo fur.* Magna etenim  
F ii fuit

## Perfectus Advocatus,

44 fuit semper affinitas inter furtum, & mendacium; quocum scelus sceleri longo adjicitur, & sunt vitia fraternizantia. Unde propter mendacium potest quis subjici tormentis: *Marsil. singul. 103. circa fin. Zanger. de quest. & tortur. c. 2. n. 100.*

15 Mirum tamen mihi est, quod cum ista certa sint, & turpissimum semper omne genus horrendi mendacii, nihilominus Maiorem, & Joannem Passeratum de ejus laude publicè dixisse. Sed etiam Heinsius laudavit pediculum, Glaucus injuritiam, Lucianus vitam parasiticam, Calcagnius podicem, Erasmus stultitiam, Favorinus quartanam, Archippus umbram asini, Ziebhardus latrinam, Campanus podragam, Bruno Italus Diabolum: *Vide Wendelin. lib. I. Phil. moral. cap. 31.*

---

## SUMMARIUM CAPITIS X.

1 Turpissimum, horrendum, & abominabile prævaricationis crimen.

2 Demosthenes hoc crimen fuit diffamatus. Etiam doctissimus Oldradus. Hic præ dolore occubuit, ille arroganter crimen gloriae assignavit.

3 Advocatus in tali casu notatur infamia.

4 Non possumus uni consulere, & pro altero patrocinari: Lex Lusitana de hoc.

5 Prævaricationis materia est vasta. Prævaricator à varicando est dictus: Prævaricationis verbum tripliciter sumitur, & ibi explicatur.

5 Prosequitur materia: Dicunt aliqui authores, quod Advocatus pandens secreta cause, non incurrat prævaricationis, sed falsitatis crimen; omnes tamen in

eo conveniunt, quod graviter puniri debeat: Iterum de prævaricationis loquimur verbo, & supradictis addimus.

7 De jure Regio, & prævaricationis, & falsitatis crimen malus incurrit Advocatus: Aretur à munere advocandi, & relegatur in Brasiliam.

8 Recipiens pecunias à duabus partibus (in eodem processu) contrariis prævaricator est. Qui causam deserit inchoatam prævaricator est. Tunc illius hoc crimine damnatus.

9 In foro poli graviter ita peccant Advocati: Et late probatur.

10 Non solum mortaliter peccat revelans arcana, sed etiam ad damna tenetur. Nemo potest duabus insimul servire.

11 Quando Advocatus ex obliuione utrique consuluit, pana prævaricationis non habet locum. Ignorantia presumitur: Memoria hominum fragilis est, maxime in Advocato, qui est multis negotiis implicitus.

12 Si quis ab Advocato petat consilium, & isto habito, suscipiat alium Patronum, an possit ille Advocatus contra eum cui dedit consilium advocare? Affirmative hic resolvitur. Distinguitur infra, ut securius procedatur, & tu vide, ponderaque. Si Advocatus vedit instrumenta, & jura, neque cum matura deliberatione consuluit, nec promisit patrocinium prestare, licet spem dederit, potest contra postea postulare, si pars non solvit, immo recusavit.

14 Quando aliquis me consulit, & contra eum de jure respondeo, possum patrocinari pro adversario, quidquid alii dicant se non facturos: Damnatur ambitio Advocatorum.

- 14 *Advocatus Petri in una causa potest esse contra illum in alia. Qui pro fisco in una causa patrocinatur, potest in altera esse contra fisum; si tamen non sit generalis Advocatus fisci.*
- 15 *In novo articulo à primo non dependente potes advocare contra primum clientem: Ampliatio hujus rei.*
- 16 *Utrum Advocatus in prima instantia pro actore, possit esse Advocatus pro Reo in causa appellationis? Aliqui affirmant, nos acriter negamus.*
- 17 *Idem: causa principalis, & appellationis est eadem.*
- 18 *Casus speciales, quibus post litem inchoatam, aut consilium datum, potest Advocatus ad aliam partem convolare, & primam deserere.*
- 19 *Utrum liceat Advocato aliquando secreta clientis pandere? Hic vide, notaque.*
- 20 *De eadem materia agitur: Si parti contrarie immineat grave damnum, videtur posse.*
- 21 *Si aamnum immineat Reipublicae non teneri ad custodiendum secretum, affirmant DD. Clientes nolentes desistere in tali evenitu, digni non sunt, quibus fides servetur.*
- 22 *Author dicta aliorum hic memorat, nihil ex proprio Marte resolvit: Advocatus non potest facere publicum delictum sive partis, etiam si testis vocetur. Jus naturae posulat, ut non frangatur fides. Consule Theologos, Advocate, si casus occurrat.*

## C A P U T X.

*De Advocato prevaricatore, & Collusore. De penis istius criminis horrendi.*

**R**ESTAT NUNC DICERE DE PREVARICATIONIBUS, & COILUSIONIBUS

Advocatorum; qui miseros sic fallunt clientes, speque ludunt inani. Hoc sane est vilissimum Patronorum genus, divinis, humanisque legibus exosum, Jurisconsultorum nomine indignum. Vocavit eos Apuleius Vulturios Togatos; est enim ipsis mos horrendissimus (referens horresco) reos prodere, & sanguinolenta rapacitate partes excarnificare.

Demosthenes eloquentiae Græcæ facile Princeps, ac Orator disertissimus turpissime hoc crimine est diffamatus, orta enim contentione contra Milesios legatos, quam defendendam ipse suscepserat, altera die, accepta plurima pecunia Milesiorum, tacuisse fertur, ut refert Gest. Noct. Attic lib. 11. cap. 9. Simili prævaricationis criminis notatus fuit insignis Oldradus, ut scripsit Cast. in l. 1. in fin. cod. de advocat. divisor. Judic. postea tamen præ nimio dolore, eo quod delictum fuisset detectum, mortuus fuit. Non sic ille Demosthenes, qui palam crimen gloriae suæ affignavit, dicens plus accepisse ut tacceret, quam ut verba daret, itaque casum nullo modo concealavit. Non defunt tamen multi, qui in tali facto non censem rigorosam collusionem.

Advocatus ergo, qui cum adversa parte colludit, vel eam, prodita causa, adjuvat, prævaricator est, immo ob hoc condemnatus gravi infamia notatur: l. 1. ff. de prevaricat. l. athlet. §. penult. & ibi Angel. & Paul. n. 3. ff. de his, qui notantur infam. Alciatus in l. prevaricatores 212. ff. de verborum significat. Speculat. in tit de Advocato §. objicitur n. 13. Avend. de exeq. mandat. lib. 1. c. 2. n. 24. & 25. Bass. in tit. de prevaricat. n. 1. & 2. Peregrin. de jure fischi lib 7. tit. 2. n. 9. Vitalin. in pract. crimin. tit. de collusione n. 12. per tx.

*tx. in l. eleganter §. si dolus ff. de doc. Plot. in tract. de in litem jurand. §. 16. n. 5. & 6.*

4 Non potest enim uni consulere, & pro altero patrocinari: *Cabed. p. 1. d. 214. n. 15.* & nos Lusitani de hoc habemus expressam *Ord. lib. I. tit. 48. §. 13. ibi.*

E se algum Advogado, ou procurador tiver recebido de alguma parte dinheiro, ou outra causa por advogar, ou procurar seu feito, e demanda, ou depois que for feito procurador, e o aceitou, posto queinda não tenha dinheiro recebido, tendo ja sabido os segredos da causa, depois advogar, procurar, ou aconselhar, publico, ou secreto pela outra parte. E bem assim o que receber causa alguma da parte contra quem procurar, além de ser havido por falso, será degradado para sempre para o Brasil, e nunca mais usará do officio.

5 Prævaricationis materia est vasta, neque omnia dicere animus est, contentus enim nostris angustiis sum. Sed notandum est, quod prævaricator à varicando dictus est: *I. i. ff. de prævaricat.* varicari autem idem est, atque transgredi: *Jodoc. in pract. crimin. tit. de crimine læse Malest. c. 61. n. 37.* Unde prævaricationis verbum tripliciter sumitur apud DD. nempe generaliter, specialiter, & specialissime: *Menoch. de arbitr. cas. 323. n. 4.* & ita secundum istum authorem, quicumque à præscripto officii sui deflexerit, atque aberraverit, dici prævaricator generaliter, ac lato modo potest. Specialiter vero secundum *tx. in l. prævaricatores ff. de verb. signif.* prævaricator est, qui causam adversariis suis donat, & ex parte actoris in partem rei concedit. Vel qui in terminis legis nostræ diversam partem adjuvat prorita causa sui clientuli. Specialissime autem ille dicitur prævaricator, qui suborna-

tus, vera crimina abscondit, & fraudulenter occultat ex *tx. expreſſo in lege I. §. Calumniali ff. ad Turpit.* ibi *Jurisconsultus Marcellus.* Prævaricatorem eum esse ostendimus, qui colludit cum reo, & translatice munere accusandi difingitur, eo quod proprias probationes dissimularet, falsas vero excusationes admitteret. *Videndum Nat. conf. 537. n. 31. libr. 2.*

6 Et ex ita prævaricatione, atque ipsius ethimologia non solum prævaricator dicitur accusator, qui ab accusatione desistit, sed etiam sub prævaricationis nomine continetur *Advocatus*, qui causam prodit, per *leg. I. in fin. ff. de calumniatorib. juncta regula legis 3. ff. de criminе Stillionatus: Farinac. tom. I. de Inquisition. tit. I. q. 4. num. 14.* Ubi etiam refert collusionem jam à nobis memoratorum Demosthenis, & Oldradi. Multi vero AA. affirmaverunt, quod *Advocatus* pandens secreta causæ non incurrat prævaricationis, sed falsi crimen: *Bartol. in l. I. §. is qui ff. de fals.* *Bartol. in l. si quis aliquid ff. de paen.* & melius in *l. I. ff. de prævaricato.* *Angel. de maleficiis verbo falsario n. 8. vers.* *Quero si Advocatus, Mont. regul. crimin. 15. n. 13.*

Sed utrumque sit, sive *Advocatus* dicatur committere falsum, sive prævaricationem, sive utramque, dubium non est quod graviter puniri debet, & in hoc convenienter omnes DD. gravissimum enim, & fædissimum est hoc crimen, & ob illud ipse Demosthenes quinquaginta talentis fuit damnatus, & in carcerem à populo ductus, ut testatur *Menoch. de Arbitrat. casu 323. n. 6.*

Nomen prævaricationis Labeo à varia certatione tractum ait, nam qui est prævaricator, ex utraque parte consistit, immo ex adversa. Alii qui prævaricatorem, ut supra, quasi

quasi vericatorem dicunt, id nomen ab aratoribus descendunt, qui incurvi arare debent, & tunc rectos ducunt sulcos. Qui vero recti arant, prævaricantur, distortos sulcos facientes non secus ac tortuosæ varices, nec recte officio suo fungentes. Hinc varicari est deflere: unde *Plinius lib. 18. cap. 91.* sic ait: arator nisi incurvus pævaricatur: Inde translatum hoc crimen in forum.

7 De jure nostro regio superflua est hæc disputatio, nempe utrum sit prævaricatio, vel falsitas? Namque secundum Ordinationem a nobis allegatam utrumque crimen incurrit Advocatus, prævaricationis nempe, & falsitatis, qui enim Jura Clientis sui parti adversæ revealant, æquum est quod penæ falsi puniantur: *tx. in l. 1. §. is qui ff. de falsis Bologn. in Authentic. Hab. n. 313. C. ne filius pro patre, Latè Rolland. à Valle conc. 36. n. 23. & 24. volum. 3. Gracian. Forens. tom. 1. c. 100. n. 56. & 57.* Alias pæna prævaricationis Advocati, vel procuratoribus est extraordinaria, judicique optimo arbitraria: *l. 1. in fine, & l. 1. ff. de prævaric. Felin. in rubric. de calumn. n. 3.* & jam diximus irfamia notari; irrogant enim falsitas, & prævaricatio istam infamiam, quod etiam velim intelligas de nostro speciali jure; ex eo quia notati hoc delicto secundùm legem regiam memoratam postea arceanter à munere advocandi, neque ulteriorius possint patrocinari, sed relegentur perpetuo in novum Orbem Brasiliam.

8 Nunc deveniendo ad casus speciales, volo inferas Advocatum recipientem pecunias à duabus partibus oppositis, vel pro una, & altera advocantem, esse in terminis rigorosum prævaricatorem, justitiæque mucrone ferendum, *Portoles ad Molin. §. Advocat. n. 69. Sylv. verbo*

*Advoc. n. 7. Aug. Barbos. de Offic. Episc. p. 3. allegat. 79. n. 26. Pereg. de jure Fisci, lib. 7. tit. 2. n. 9. Insuper Advocatus, qui causam deserit inchoatam, in alteramque transit partem accipiendo Adversarii patrocinium, crimen incurrit prævaricationis: Medic. de leg. 3. p. q. 20. n. 8. Speculat. in tit. de Advocat. §. Nunc tractemus n. 11. Et hoc crime damnatus fuit Tuccillius, eo quod Vicentinorum causam defruiisset, ut scribit *Plinius Cecil. ad Valerian.**

Notabis hoc non solum esse prohibitum secundum leges Civiles, & quoad forum externum, sed etiam sic Advocatos graviter peccare in foro poli ex summa Rosella verbo Advocatus; ubi inquit non videre quomodo utriusque parti Advocatus possit servire. *Summa Aramil. eodem verbo n. 2. Sylvest. verbo Advocat. n. 7.* Et hoc probatur à ratione: nam si Advocatus sciat justitiam, vel injustitiam causæ, semper ex una parte tueretur scienter injustam causam; atqui hoc non potest facere: non valet enim defendere injustitiam: ergo. Si autem nesciret justitiam, vel injustitiam causæ, tunc ex advocatione pro utraque parte oriretur scandalum, & detrimentum famæ. Perterquam quod videtur impossibile, quod viso examinato, evisceratoque processu habeat Patronus bonam fidem respectu utriusque causæ; cum etiam contraria allegans nullo modo sit audiendus *l. 1. C. de furt. l. transaction. C. de transact. l. Titia ff. de condit. & demonstr. cap. Imputari extra de fide instrument.* & necessario debemus unum eligere. *Osald. in l. cum precum n. 5. c. de liber. caus. Carot. in singular. 77.* & contrarietas semper est vitanda: *Surd. conc. 443. n. 34.* & hoc esset advocare pro ratione, & contra rationem; quia contrarium contraria est ratio; & contra-

rius effectus: *I. final. ff. de edend. l.*  
*Qui acusaret. ff. de accusator. Eve-*  
*rard. in Topicis legal. Loc. 75. Ar-*  
*gel. de contradic. legit. q. 33. n. 79.*  
 & cùn contrariorum non possit esse  
 eadem disciplina: *I. final ff. de le-*  
*gat. 3. l. In fundo ff. de rei vindicat.*  
 sibi ipsi in tali casu Advocatus esset  
 contrarius.

**10** Similiter si Advocatus arcana sui Clientis parti revelet, non solum mortaliter peccat, sed etiam ad damage tenetur: *Suar. da Paz in pract.*  
*annot. 5. n. 45. Zerol. in praxi Epis-*  
*cop. p. 1. verb. Advocatus n. 2. Em-*  
*man. Rodrig. in summa tom. 1. cap.*  
*3. n. 1. Soto de justit. & jur. lib. 5.*  
*q. 8. artic. 3. Lessius de just. & jur.*  
*lib. 2. cap. 31. n. 48. & 49.* & licet aliqui dicent Advocatum aliquando tuta conscientia posse pro una, & altera parte advocare, ut tradit *Xam. de offic. judic. p. 2. q. 4. n. 15.* ubi illos refert, tamen cum ipso *Xam.* ab hac opinione libenter discedo; est enim absurda, imo si verum amamus, impossibile mihi videtur, quod pro ambabus partibus Advocatus patrocinetur, quin grave damage utrique simul resultet, vel saltem disjunctivè uni, & alteri, neque unus bene poterit duobus Dominis servire eodem tempore, causa, processuque.

**11** Nota tamen, quod quando Advocatus ex obliuione, & ignorantia utrique parti consuluit, tunc pñnam prævaricationis non habere locum, ut asserit *Avendan. de exe-*  
*quend. mandat. lib. 1. cap. 2. n. 25.* Imo ipsa ignorantia est presumenda, cum memoria hominum fragilis sit: *I. Hac consil. in. §. At cum human. c.*  
*qui testam. facere possunt, I. pere-*  
*gre ff. de acquirend. possession. ad*  
 quod multum conductit, quod Advocatus sit multis negotiis implicatus, unde recordari semper esset divinitatis, quæ longè à nobis est.

**12** Quæres? Utrum quis accedat

ad advocationem, & referat ei substantiam negotii sui, ac consulat illum super eo, & habito illius concilio suscipiat postea patronum, neque redeat ad priorem consilientem, possit iste consultus contra eundem advocare, vel potius ex concilio dato prohibeatur? Speculator affimat posse Advocatum in tali casu advocare, *in rubr. de Advoc. §. Nunc*  
*tractemus n. 11.* alioquin nulli esset dandum consilium; & quia saepe ab aliquibus petitur consilium, non ut accipiatur, sed ut jam consultus erubescat postea alteri parti consilium præbere, sive pro illa patrociniari. Sed quia hæc materia gravis est: in illa enim tractatur de fama Advocati, quæ quidem fama est omnibus rebus anteponenda; ut securè procedamus distinguendum malo. Si ergo Advocatus aliquem consuluit, & congruo accepto salario consilium præbuit, non poterit postea pro altera parte advocate, quia non debet contrariis partibus consulere eadem re: *Pereg.*  
*de jure Fisc. lib. 7. tit. 2. n. 11.* Si verò pars tentavit Advocatum petendo ab eo consilium, ut in illa causa advocate non posset, qui tamen aliorum postea opera usus est, non prohibetur tunc Advocatus patrociniari pro adversario; est enim malitiis obviandum: *I. In fund. ff.*  
*de retwindic. & nemini debet dolus*  
*patrociniari, cap. cum univers. de*  
*rer. permuat.* Dico ulterius: si Advocatus vedit instrumenta, & jura, neque cum matura deliberatione consuluit, nec promisit patrocinium præstare, licet spem dederit patrocinandi ei, qui postea renuit iustum solvere salarium, potest hoc casu Advocatus pro adversa parte postulare; facile enim intelligitur conditio solvendi, & ipsa pars quæ non soluit, videtur esse in dolo, & aperta fraude: *Barbos. de offic. Epis-*  
*cop. p. 3. alleg. 79. n. 26. Declaran-*  
*dum*

dum tamen est hoc casu non posse Advocatum pandere secreta, & supponendum est non cœpisse advocare; quia si incœperit, jam pro alia parte patrocinare non potest: *Medic. de leg. p. 3. q. 20. n. 8.*

**13** Ulterius colliges, quod quando aliquis me consulit, & contra eum de jure respondeo, sine dubio possum pro adversario patrocinari, quin dicar prævaricator: *Rayner. & Alber. in l. fin. ff. de postul.* Aliqui tamen dicunt ex consilio minime sine Judicis mandato facturos. Faciam tamen ego libenter; præcipue si quæstio sit tantum de jure, neque absolute causam prodit, qui apertè advocaturum se negavit. Et hæc doctrina bona est Advocato, ne ambitione duce adhæreat cuicunque cause, in qua ejus consilium petatur, primumque sibi assumat virum occurrentem. Proh dolor! Quot ita faciunt sine discrimine, omnesque amplectuntur causas, sive iustas, sive injustas, parati ad omne defendendum! O durissima ambitio! O scelus horrendum! Ubi est veritas? Ubi gravitas? Ubi antiquus honos muneris nostri?

**14** Dico etiam, Advocatum Petri in una causa, posse contra Petrum in alia postulare; quod adeo est verum, ut quotidie hoc videamus usu receptum, neque datur aliqua ratio, sive instantia in contrarium. Immo hoc adeo generale est ut etiam qui pro fisco in una causa patrocinatur, potest contra fiscum in altera advocare, dummodo tamen non sit generalis Advocatus fisci, hoc est, in omnes causas electus certo stipendio: *lib. 2. & ibi omnes cod. de Advocat. fisc. Pereg. de jur. fisc. lib. 7. tit. 2. n. 9.*

**15** Quæres: utrum sint casus aliqui, in quibus Advocato liceat clientem suum deferere. In novo articulo à primo non dependente poteris esse

Advocatus: *glos. in l. fin. & ibi Bald. ff. ae postul. Avend. de exeq. mandat. lib. 1. cap. 2. n. 25. Portol. in Schol. ad Molin. 3. advocatus n. 77. Sylv. in summa verbo Advocatus n. 7. Immo in eadem causa, & articulo Advocatus, qui pro una parte consuluit, potest pro altera advocare ex novo fundamento consistente in facto, quod prior pars non detegit: Castr. in l. fin. ff. de postul. n. 3 Joannes Andr. in audit. ad Speculat. rubr. de Advocato § nunc tractemus n. 11.*

Utrum Advocatus in prima instantia pro actore, possit esse Advocatus pro reo causa appellationis? Dubitant Scriptores, & summopere inter se dissentunt. Affirmativam tenuerunt aliqui dicendo esse causas diversas: alteri negativam, quibus subscribam, acerrimè contendentes esse procul dubio eandem causam. Pro affirmativa stat *Accurt. in l. fin. ff. de postul. Speculat. in rubric. de advocato §. nunc tractemus n. 12.* & subdit hoc saepè fieri in Curia. *Sylvest. in summa verbo Advocatus n. 7.* qui tamen dicit cavendum ab scandalo pusillorum, quasi hoc sentiat doctos scandalizari non posse: *Medic. de leg. p. 3. q. 20. n. 8.* Ast Joannes Andreas hoc non inteligit honestum *in cap. fin. de testib. in 6.* licet fateatur de jure permisum.

Tu tamen negativæ sententiae firmiter adhære cum Bald. in l. fin. ff. de postul. & ne velis esse tergiversator, primamque fidem irritam facere. Ita *Suar. de Paz in pract. annot. 5. n. 47. Bajard. ad Clar. q. 62. n. 27. Barbos. de offic. Episcop. p. 3. alleg. 79. n. 27.* Et hoc insolubili fundamento; quia causa principalis, & appellationis dicitur eadem respectu rei de qua agitur: *Cancer. Var. resolut. p. 2. c. 14. n. 49. Alex. in l. ita demum n. 18. cod. de procurat.*

Unus est specialis casus, quo post

G. litem

litem inchoatam , potest Advocatus ad aliam partem convolare , nimurum , si sit factus tutor pupilli , cuius parentem defendebat : valet enim pro pupillo in eadem causa patrocinari , patremque istius deferre ; decidit ita *tx. in l. fin.* & *ibi Bartol. n. 1. & 2. ff. de postul. Speculat. in rubric. de advocatis §. nunc tractemus n. 11. Peregrin. de jure fisc. lib. 7. tit. 2. n. 9.*

<sup>19</sup> An aliquando liceat Advocato secreta Clientis pandere ? Est materia gravis , dubiumque ingens ! *Bovadilla in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 5. n. 25.* asserit quod Advocatus detegens secreta clientis est infamis , falsarius , & prævaricator , excepto casu prodictionis , & heresim , in quibus ex gravi doctrina *S. Thomæ in 4. dist. 21. & dist. 19. q. 2. art. 3. q. 1. ad 2. detegere potest : Sot. de justit. & jure lib. 5. q. 8. art. 3.* docet , quod si quis accusatori patrocinatur contra aliquem in causa capitali , quem , decurrente causa , evidenter noscit esse innocentem , teneatur causam prodere , ut eum à morte liberet . Quin etiam si causa esset de celeberrima fama , & honore alicujus , statuque ; dummodo Advocatus certam habeat notitiam , id posse facere , & patefacere , cefante scandalo ; & postquam monuit partem , ut desisteret , censet prædictus author ; quem sequitur *Emmanuel Rodrigues in sum. tom. 1. cap. 3. conclus. 2. n. 2.*

<sup>20</sup> Doctissimus Anton. Lazar. canon. qq. p. 1. sect. 2. q. 16. multa congerit in materia , & est omnino vindicandus ; sicut etiam *Antonius Genuens. in prax. Archiepiscop. c. 2. Navar. in cap. inter verba corol. 66. n. 799. l. 1. q. 3.* & *in Manual. cap. 25. n. 43.* & docent , quod Advocati , procuratores , & Medici , quibus in secreto aliquid commissum est , non tenentur denuntiare , nisi tractetur de præjudicio alicujus , &

alia via provideri non possit ; ubi quod etiam in isto casu , solam præcism est revelandum . Videndus *Michael Salon. in 22. q. q. 71. artic. 3. & ultim.* cuius hæc sunt verba ibi : *Censeo tamen , si parti contrarie immineat grave damnum in magna quantitate substantiæ , teneri similiter Advocatum ad revelandum iniquitatem suæ partis , ut liberetur adverjarius à tanto damno : quod si damnum , de quo agitur , non sit adeo grave , non licebit illi prodere secretum ; quia præstat advocatum secreta sui clientis custodire , quam levia damna partis contrariae curare.*

Moventur ea ratione ; quia cliens <sup>21</sup> in tali casu monitus ab Advocato debet desistere , immo si grave Republicæ , vel tertio alicui damnum inferatur , dicunt non teneri ad custodiendum secretum : *Navar. in Man. c. 18. n. 52. Alex. in tract. de Advocat. & causidic. p. 1. q. 27.* Et dicunt in predictis casibus mereri clientes , quod fides frangatur , & promissio improprie . Dico ego improprie , quia si Advocatus potest revelare , certe in tali casu non intelligitur proprie fides , & promissio , neque rigorose militat .

Hocque ; quia à malo desistere <sup>22</sup> Cliens , vel pars quocumque non vult : *Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 17. n. 23. Delrio tom. 3. disquis. magic. lib. 6. c. 1. sec. 2. Sair. in clav. reg. lib. 12. cap. 14. n. 29. Corrad. in resp. cas. consc. p. 1. q. 339. Panormit. in c. dilect. de excess. Prælat. Menocb. de arbitr. cas. 355. n. 4. Farinac. tom. 1. prax. crim. q. 51. n. 115.* Ego dicta refero , & lectors ad memoratos Authores remitto ; non enim est animus secundum dignitatem materiæ disputare : immo , fateor , me terret . Hoc tamen habe constantissimum ; quod quando agitur ad solam delinquentis punitionem , & tu es istius Advocatus , nullo modo potes facere publicum

blicum delictum ; neque eum pertuam confessionem tradere ; etiam si testis voceris, sive præcipiat aliquis sub excommunicationis pœna, postulat enim jus naturæ quod non frangatur fides. *Sair in clav. reg. lib. 12. cap. 14. n. 29.*

## SUMMARIUM CAPITIS XI.

- 1 Proponuntur argumenta apparentia, & intendentia probare, non esse peccatum defendere causas injustas.
- 2 Contrarium sequitur ut certum, & resolvitur esse peccatum defendere tales lites, & illiduntur summa claritate praedicta argumenta. Advocatus postquam cognoverit injustitiam cause, debet diligentiam facere, ut sua pars cum alia concordetur sine istius prejudicio; quod si non consequatur, vel ad cedendum inducat, à patrocinio abstineat. Advocato causam justam defendenti licet prudenter occultare ea, quibus posset impediri processus: non valet tamen falsitate, au dolo uti; neque illo casu revelare secreta.
- 3 Peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quod Theologorum sententia confirmatur. Defendendo causam injustam est causa principialis damni. Explicatur, quæ ignorantia excusat Advocatum ab hoc onere. Magistraliter dividitur ignorantia, ac explicantur divisionis membra. Reprobatur Almaynus, & vendicatur Divi Thomæ doctrina.
- 4 Advocatus ex ignorantia antecedenti defendens, culpam non committit, nec tenetur ad restitutionem. Defendens autem causam injustam ex ignorantia consequenti, peccat mortaliter,

ac ad restitutionem obligatur. Agitur de quodam documento Caietani utili bonis Advocatis. Quando Advocatus ex ignorantia concomitante tuetur, non facit peccatum, neque adstringitur ad restituendum.

- 5 Advocatis justitia commendatur, ubi pulchra traduntur. Et quod lites non protrahant. Pulcherrimum dictum Ludovici 12. Galliarum Regis memoratur contra Advocatos morosos; ac processus in longum tempus invercunde protelantes.
- 6 Tangitur origo istius mali, scilicet ambitio auri, & argenti: eleganter monentur, ut ab his fugiant occasionibus.
- 7 Referuntur verba aurea Divi Bernardi contra malos Advocatos; & prosequitur intentum. Advocati debent in omnibus amare veritatem. Non est ista frangenda subtilitatibus.
- 8 Suadentur iterum Advocati ad bene operandum.

## C A P U T XI.

Utrum Advocatus peccet, si injustam causam defendat? Ubi de ignorantia, & quando excusat. Ubi etiam de avaritia Advocatorum.

**V**Idetur primo non pecare, ad quod sic argumentari potest: Medici peritia ostenditur, si infirmitatem desperatam sanet: ergo etiam Advocatus laudabitur, si injustam causam defendere possit. Præterea: à quolibet peccato licet desistere: sed Advocatus punitur, si causam suam prodiderit: ergo Advocatus non peccat injustam causam defendendo, si eam defendendo suscepit. Ulterius. Maius videtur esse peccatum, si injustitia utatur ad justam causam defendendam, puta producendo falsos testes, vel

allegando falsas leges) quam injus-  
tam causam defendendo; quia hoc  
est peccatum in forma, illud in ma-  
teria: sed videtur posse uti Advo-  
catum talibus astutiis, sicut militi  
licet ex insidiis pugnare: *Dolus, an  
virtus, quis in hoste requirat?* Ergo  
videtur, quod Advocatus non pec-  
cet, si injustam causam defendat.

**2** Contrarium tamen est certum, &  
infallibile, ut dicitur 2. Paralip. 19.  
*Impio præbes auxilium, & ideo iram  
Domini merebaris:* sed Advocatus  
defendendo causam injustam, impio  
præbet auxilium: ergo peccando  
iram Domini meretur. Hoc summa-  
cum ratione; illicitum est enim ali-  
cui cooperari ad malum faciendum,  
sive consulendo, sive adjuvando,  
sive qualitercumque consentiendo;  
quia consilians, & coadjuvans quod-  
ammodo est faciens. Et Apostolus  
dicit *ad Rom. 1.* quod digni sunt  
morte non solum qui faciunt pec-  
catum, sed etiam qui consentiunt  
facientibus; unde jam diximus te-  
neri in tali casu Advocatos ad res-  
titutionem. Ad supradicta dicendum,  
Medicum accipientem in cura infir-  
mitatem desperatam nulli facere in-  
juriam, quam Advocatus semper  
facit contrario, cum causam defen-  
dit injustam. Et ideo non est similis  
ratio; quamvis enim laudabilis vi-  
deatur (si ita est) quantum ad peri-  
tiam artis; tamen peccat quantum  
ad injustitiam voluntatis, qua abu-  
titur arte ad malum. Ad secundum  
dicendum; quod si Advocatus in  
principio credidit causam esse jus-  
tam, & postea in processu appareat,  
seu extrajudicialiter sciat esse in-  
justam, licet non debeat, aut pos-  
sit hoc prodere, ut scilicet aliam  
partem juvet, vel secreta suæ cau-  
ſæ alteri parti revelet; potest ta-  
men, & debet causam deferere;  
vel eum, cuius causam agit, ad  
cedendum inducere, sive ad com-  
ponendum sine adversarii damno;

quod si consequi non possit bonis  
verbis, juret id non posse esse Ad-  
vocatum, & Judex illic eum ex-  
cuset per simplex juramentum, quod  
sufficit, & debet ponи in actis, vel  
manifestari in audiencia, occulta  
causa. Ad tertium dicendum, etiam  
hosti Duces debere fidem servare  
intactam; est enim juris gentium,  
& naturalis, ut dicit Tull. 1. de of-  
fic. & quod faciunt Duces, est pru-  
denter occultando, non autem fal-  
situdinem fraudulenter faciendo: un-  
de, & Advocato defendendi cau-  
sam justam licet prudenter occu-  
pare ea, quibus impediri posset  
processus, non autem valet aliqua  
falsitate uti.

**3** Confirmatur, quia certum est  
apud Theologos, quod consulens,  
jubens, aut consentiens peccat  
mortaliter, & tenetur ad restitu-  
tionem, quando fuit causa injustæ ac-  
ceptionis, aut contrectationis: quan-  
to ergo magis docti Advocati, pa-  
tronus enim injustam causam de-  
fendens, respectu talis defensionis  
est ut causa principalis habendus;  
& ad damna tenetur: *Navarr. in  
Manual. c. 25. n. 28.* Restat explicare,  
qua ignorantia sit sufficiens ad  
excusandum? Ad cujus explicatio-  
nen est advertendum, quod igno-  
rantia est triplex; concomitans sci-  
licet, consequens, & antecedens.  
Ignorantia concomitans dicitur illa,  
qua est de eo, quod agitur; ita ta-  
men, quod etiam si sciretur, ni-  
hilominus ageretur. Ut quando v.  
g. putans quis occidere cervum,  
occidit inimicum, quem omnino  
vellet occidere, si scivisset. Et ta-  
lis ignorantia non inducit ad volen-  
dum quod hoc fiat, sed accidit esse  
simul factum, & ignoratum. Igno-  
rantia consequens dicitur illa, qua  
est voluntaria. Et contingit, vel  
quando quis vult ignorare, ut ex-  
cusationem habeat à peccato, vel  
quando potest, & debet scire, &

non scit; quæ ignorantia alio modo dicitur supina. Sic enim non agere, & non velle, & non scire voluntaria sunt indirectè. Ignorantia antecedens dicitur illa, quæ est omnino involuntaria, sed causa volendi quod alias non vellet. Sicut cum quis ignorat aliquam actus circumstantiam, quam scire non tenebatur, & ex hoc aliquid facit, quod si sciret, non fecisset. Ut cum quis, diligentia adhibita, nesciens aliquem transire per viam, sagittam venator projicit, qua transeuntem interficit. Legi etiam quondam Almaynum affirmantem, ignorantiam, quæ à Divo Thoma dicitur consequens, non debere appellari consequentem, sed potius antecedentem; quia antecedit actum peccati, & est illius causa. Ut quando Petrus Vc. frangit jejenum ex ignorantia, quam si non haberet, illud non fregisset. Sed talis author loquitur imperite, & non bene arguit, quia quamvis talis ignorantia antecedat peccatum, & sit causa illius, ad huc tamen appellatur consequens; quia cum sit voluntaria directè, vel indirectè, ad ipsum actum voluntatis rectè consequi dicitur, Divisionem ignorantiae in vincibilem, & invincibilem relinquo; quia omnis ignorantia vincibilis, quæ quodammodo est voluntaria, ad consequentem est referenda.

4 Hoc supposito dico: quoties Advocatus ex ignorantia antecedenti tuetur causam injustam, nec committit peccatum, nec tenetur ad restitutionem; talis enim ignorantia causat omnino involuntarium, sine quo nec culpa, nec obligatio restitutionis stare potest. Dico secundo: quoties Advocatus ex ignorantia consequenti tuetur causam injustam peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem; quia talis ignorantia est voluntaria, sive directè, ut quando quis vult ignorare,

sive indirecte, ut quando quis potest, & debet scire, & non scit. Verum est, quod talis ignorantia secundum quid efficit involuntarium, in quantum præcedit actum voluntatis ad aliquid agendum, qui actus non esset, scientia præsente. Ceterum hoc non sufficit tollere rationem peccati, quamvis illam minuat. Caietanus agens de ignorantia antecedenti omnino excusanti à culpa ponit utile, & notabile documentum, quod est consilendum timoratis conscientiis Advocatorum. Dicit enim, quod si quis sit vir doctus, adhibeatque bonam, & sanam diligentiam ad sciendum quæ secundum suum statum scire tenetur, & habet firmum propositum non pecandi mortaliter, si forte ex obliuione, quam poterat vincere, commisit aliquid, quod videtur esse peccatum mortale, non est timendum de illo; & est referenda ea ignorantia ad antecedentem, & invincibilem, cum non sit in potestate nostra semper meminisse, vel habere ad manum usum scientiæ. Ceterum si quis sit negligens, nec adhibeat diligentiam ad sciendum ea, quæ secundum suum statum scire debet, quando ex obliuione aliquid contra legem committit, censendus est, quod peccavit mortaliter. De hoc enim intelligitur, & secundum hunc sensum illud Apocal. 3. *Utinam calidus es, aut frigidus; sed quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Dico tertio: quando Advocatus ex ignorantia concomitante tuetur causam injustam, nec peccat mortaliter, nec tenetur ad restitutionem. Probatur: quia talis ignorantia quamvis non caufet involuntarium, efficit tamen non voluntarium: ergo hoc satis est, ut nec sit peccatum, nec ex illa nascatur obligatio restituendi. Corrobatur; quia nihil potest esse peccatum, & culpa, quod non sit voluntarium.

luntarium. Argues tamen : ille actus ex genere suo est malus , & non est mere involuntarius: ergo datur peccatum. Nego consequentiam ; sufficit enim ad hoc ut non sit peccatum, quod sit non voluntarius; cum, ut diximus , & triviale est , non possit esse peccatum nisi voluntarium: est enim omne peccatum voluntarium.

Defendite ergo Advocati solum justas causas , nec aliter acquiratis pecunias , sic enim intelligo illud Ovidii.

*Turpe reos empta miseros defendere lingua.*

*Quod faciat magnas turpe Tribunal opes.*

Agant causas Patroni optimi viri, & jure versati , qui nihil astutè , nihil dolo committant , sed omnia comite veritate loquantur ; sitque ipsis mendacium non impunitum, ut bene scripsit : *Patric. lib. 3. de instit. reip.* Nihil enim in Republica tam incorruptum esse debet , quam judicium ; quod quidem saepius lingua , quam pecunia corrumpitur. Unde disertè ille faciet , cuius os solum se inclinet ad justitiam. Et huc spectat non protrahere dolo malo ipsis processus ; est enim tunc Advocatus causa multi damni , vel quia testes perire possunt , & deficerere probationes, vel quia augmentur sumptus , & stipendia , vel quia litigantes sunt rustici , & faciunt in urbe sedem litis causa , relicta saepe uxore , parvisque filiis ; quod summe dolendum , ac graviter feren- dum est. De Ludovico 12. Galliarum Rege refertur , quod persæpe Lutetiae , cum jus diceretur, intererat , Patronosque disertos non illibenter audiebat ; eos tamen Sutoris artificium impudentes sibi vendicare aiebat ; namque quod Sutoris est proprium , dentibus alutam producere , hoc Patronos in dilatandis prudentum responsis , & Cæsarum

legibus facere dicebat : *Ita Ferron. lib. 3. de gestis Gallorum.*

Causa illius mali in nostris Advocatis est auri , argenteique nimia cupiditas ; à quibus sane abstinere deberent ; qua propter illos vocant plerique voraciores lupis , & Petrus Gregor. in *Syntagm. juris univers. 3. p. lib. 49. cap. 8. n. II. eleganter tx.* in *I. si quis cod. de postulando ibi videlicet , ut non ad turpe compedium , stipemque deformem hæc arripiatur occasio , sed laudis per eam augmenta querantur , nam si lucro , pecuniaque capiantur , vel uti abjeti , atque degeneres inter vilissimos numerabuntur.* Propter hanc avaritiam præsumuntur mali Advocati omnia mala excogitare. Ex vi istius defendunt injustas lites , protrahunt processus , vendunt causas, laedunt innocentes , pauperes tortuant , & sunt pestis Reipublicæ , indignique rabulæ.

Bene de ipsis dixit melifluus D. 7 *Bernardus lib. 2. de considerat ad Eugenium. Miror quemadmodum possunt aures divine disputationes hujusmodi Advocatum , & pugnas verborum audire , corrigere Deus pravum morem , præscindere linguas vaniloquas , & labia dolosa claudere : hi sunt , qui docuerunt linguas suas loqui mendacium , diserti adversus justitiam , erudit pro falsitate ; sapientes sunt , ut faciant malum , eloquentes ut impugnent verum. Jerem. cap. 9. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii.* In his ergo , quæ conscientiam remordent , boni Advocati ; vel recusandum est scribere , vel pro veritate tantummodo scribendum est , ut de se fecisse docet bonus *Castr. conf. 121. lib. 1. Aymon conf. 201. n. 2. ad med. Gratian. discept. for. tom. cap. 540. n. 58.* veritas enim in omnibus rebus , & occasionibus principatum obtinet : *cap. queritur 2. q. 7. & super omnia est amanda tamquam justitiæ mater,*

mater, & clarissima comes; *i. cum ita legat. de condit. & demonstrat. Bald. in l. libert. ff. de Stat. homin.* & non immutanda est propter subtilitatem DD. *Alberic. in l. i. cod. si ut se ab hæred. abstин. nec cum ingeniī subtilitate frangenda, aut lace-randa est: c. cum ceteri de re judicat. in 6. Nevisan. in Sylv. nupt. lib. 5. rubr. quomodo judicandum in dub.* *n. 112. Advocatus noster debet esse verus in sermone, justus in judicio, plenus in suis consiliis: Af-slict. lib. I. Constit. Neapol. rubr. 81. n. 4. Barbos. de Offic. Episcop. p. 3. alleg. 79. 24.*

**8** Proh dolor! Vx illis! Vx injustas causas defendantibus! Quanti, quo-que in hoc multoties peccant? Quid vobis prodest? Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur? Avari quid ulterius queri-tis, quod postea conjuges oblita-e consumant, filii perdant, hæredes manduent; male enim parta male dilabuntur. Sufficit vobis modera-tio, parcite sumptibus, luxuique vano. Taceo de pluribus.

*Si licet, & pateris, nomen, faci-nusque tacebo,  
Et tua lætheis acta dabuntur  
aquis,  
Fac modo te damnes, cupiasque  
eradere vitæ  
Tempora, si possis, Tisiphonæa  
tua.*

## SUMMARIUM CAPITIS XII.

- 1 *Proponuntur duo fortia argu-menta pro parte affirmativa.*
- 2 *Factum narratur Galeacii Me-diolanensium Ducis contra ma-lum Advocatum, qui lites pro-telabat. Tales ita facientes sunt Latrones, simulant veritatem, ac animas damnant. Peius est*

meditari mendacium, quam io-qui. Multa hic notabilia.

**3** *Non peccare Advocatum mor-taliter in illo eventu resolvitur. Declaratur conclusio plurimis suppositionibus factis. Exempla proponuntur; & fit mentio de-celebri quæstione Theologica.*

**4** *Primo argumento in principio proposito respondetur: ut opus sit bonum, relatio sufficit præcedentis voluntatis ad optimum fi-nem. Ut opus sit malum, non suf-ficit voluntas mala in communi præcedens.*

**5** *Requiritur ergo particularis, & determinata directio in malum finem. Exemplum philosophicum proponitur, & explicatur ma-teria nostræ quæstionis,*

**6** *Secundo, ac ultimo argumento respondetur, & probationi fa-ctæ. Magistraliter omne punctum explicatur, & secura à contra-ruis istib[us] conclusio stat.*

## C A P U T XII.

*An Advocatus, qui firmiter statuit defendere apud se quamcumque causam injustam, ubicumque il-lam invenerit, si postmodum, ad-hibita sufficienti diligentia, pu-tans se defendere causam justam, defendit injustam, teneatur hoc casu de injustitia, & obligetur ad restitucionem?*

**E**t pro parte affirmativa poteris argumentare in hunc modum: Qui statuit apud se defendere cau-sas injustas ubicumque illas (inve-niet passim) invenerit, hac univer-sali voluntate acceptasse censetur, & approbasse omnem actum, quo contingat causam injustam susci-pe-re: ergo consequenter approbat illum, quo tuetur causam injustam, putans esse justam, atque sic pec-cat mortaliter, & obligatur ad resti-

restitutionem. Secundo sic argues non sine dolore: Postquam ille cognoscit se injustam causam defendisse, nec de illo contristatur, nec pænitet, sed forsitan malus complacet in opere, autumatque secum rem accidisse juxta suum desiderium: ergo voluntarie id fecit: ergo peccavit mortaliter. Antecedens supponi potest, præsertim hic malis temporibus, in quibus progenies vitiosior est. Antecedens vero probabit *Philosophus lib. 3.* & *hic. c. 1.* ubi dicit, quod quando quis ex ignorantia aliquid facit, si adveniente scientia pænitet facti, argumentum evidens est, quod fecit involuntarius, & quod ignorantia ipsa fuit sola causa volendi id, quod aliter ipse non vellet. Verum si accedente scientia, facti non tredet, ast sua jucunditate allicitur, & afficitur, evidens est signum non fecisse involuntarium, aut invisum. O quanti sæculo hoc viri infelices, turpesque Advocati de facto quidquid intrat, cavis manibus accipiunt, parati ad omne defendendum!

<sup>2</sup> Galeacius Mediolanensium Dux, vafri admodum ingenii causidico, seque, quod etiam in manifesto, & liquido jure lites ferere, alereque possit jactitanti, ad se vocato dixit: *Debeo pistori centum aureos, quos solvere animus non est. Tu verò annetueri me jure potes, aut rem morari?* Promptum esse respondet malus Advocatus. Quem Dux ita dicentem in crucem agi, laqueoque suffocare fecit. Isti sunt grandes Latrones, & qui omnes defendant causas injustas, ac ad hoc deliberauti sunt, totoque animo parati, & de ipsis est nostra quæstio. Non considerant, quod veritatem simulanndo, & falso negando, suas animas damnant, & ita veritatem negantes ad inferna descendunt: *Damboud.* in *præct. civil cap. 154. num. 39.*

Peius est mendacium meditari, & aliis, Clientibus icilicet præcipere, quam loqui; nam loqui saepe præcipitationis est, meditari verò, & ex officio, studiæ pravitatis est: *Gregor. lib. 18. moral. cap. 4.* sic eruditus Carpzou. in hos Advocatos ita paratos invehitur in *præct. crim. p. 3. q. 115. n. 97. & 98.* Ad quæstionem jam.

Illis supra non obstantibus, dices, quod adhuc Advocatus in illo casu non peccat mortaliter in tali defensione, nec tenetur ad restitutionem. Quod ut declaretur, supponendum est primo, quod homo ille non facit novum peccatum, quando injustam illam causam defendit, nec de hac re, quando ad vocationem incœpit, cogitavit; nec de illa habuit volitionem; sed tantum voluit defendere causam, quam sufficienti diligentia adhibita putavit esse justam. Secundo supponere debes, quod voluntas illa prava præcedens, qua statuit defendere quascumque causas injustas ubicumque illas invenisset, nec infecit, nec maculavit hanc actionem, qua putans se defendere causam justam, defendit injustam; cum subsequens defensio causæ injustæ, ut suppono, nec directe, nec indirecte fuerit voluntaria. Tertio etiam supponendum est, complacentiam illam, quæ subsequitur, quando cognoscit se injustam causam defendisse, si forte habet illam, esse peccatum injustitiae; quia jam vult, & approbat injustitiam. Quamvis non sit levis dubitatio apud Theologos: utrum liceat complacere, & delectari in actibus, & eventibus ex ignorantia invencibili, ac inculpabili a peccato excusatis? Supponendum est quod quamvis hæc complacenta sit mala, atque penitus improba, non tamen inde recte infertur patrocinium causæ injustæ, ex quo sequitur

sequitur, in casu posito malum esse, atque improbum; potest enim contingere, ut actus aliquis bonus sit, atque meritorius, ut videre v.g. est in eo, qui ex Principis obedientia venationi intendens, omni diligentia adhibita, putans interficere feram, interfecit inimicum, de quo postea latatur. Complacentia enim ista peccatum est, & tamen ipsa imperfectio peccatum non fuit, sed potius meritoria. His suppositis dicimus, quod **Advocatus**, qui adhibita sufficienti diligentia putans defendere causam justam, defendit injustam, quamvis habuerit voluntatem quascumque causas injustas ad se venientes defendendi, & quamvis quando cognoverit causam injustam defendisse, latetur, adhuc in tali defensione non peccavit mortaliter; nec tenetur ad restitutionem; quia nec directe, neque indirecte fuit voluntaria; & sine voluntate, ut diximus, implicat peccatum. Sic etiam perfecte intelligitur, qualiter ignorantia concomitans excusat nostrum **Advocatum** tam à culpa defensionis causæ injustæ, quam ab obligatione restitutionis.

Ad primum argumentum ex adverso formatum respondetur bene; quod quamvis ille, qui malus statuit apud se defendere quascumque causas injustas, ea universalis voluntate videatur acceptasse, & approbasse omnem actum, quo contingat causam injustam defendere, hæc tamen universalis acceptatio non est sufficiens vitiare in particulari eam defensionem causæ injustæ, quam putans esse justam defendisti: Et hoc datur discrimen inter bona opera, & mala, quod ad hoc, ut opus sit bonum, sufficiens est relatio praecedentis voluntatis in communi ad optimum finem; cum tamen ad hoc ut opus quod ex natura sua est bonum,

sit malum, non satis sit voluntas mala in communi praecedens. Alioquin omnia opera infidelium essent peccata; quia generali voluntate se, & omnia sua in falsa Numina, quæ pro Deo colunt, retulerunt. Cujus tamen contrarium verum est.

Requiritur ergo particularis, & determinata directio in malum finem: Et ratio hujus differentiarum est, quod bonum opus, quia ex natura sua est referibile in bonum honestum, nisi per actualem volitionem, aut saltem per distinctam, in finem pravum non refertur; atque adeo nec efficitur malum, cum tamen ad hoc ut sit bonum, satis sit, quod suæ naturæ relinquatur. Sicut & in gravi aspicimus; quod quia ex natura sua est propensum ad motum deorsum, ad hoc ut ita moveatur, sufficiens est communis influentia causarum universalium. Cum tamen ad hoc ut moveatur sursum, quod ejus naturæ repugnat, necessaria sit aliqua causa particularis, quæ illud impellat.

Ad secundum autem argumentum respondetur negando consequentiam. Et ad probationem dico verum esse, quod quando quis ex ignorantia aliquid facit, si accedente scientia, pœnitet facti, argumentum evidens est, quod fecit involuntarius, & quod ignorantia fuit causa volendi id, quod aliquin non vellet. Ceterum si adveniente scientia, non pœnitet, sed afficitur jucunditate, signum evidens est, quod non fecit invitus, nec involuntarius, ut affirmat Aristoteles. Sed hoc etiam tali casu est verum, quod ignorantia illa non fuerit causa volendi, siquidem etiam si non adesset ignorantia, id ipsum vellet, & cuperet. Atque adeo est concedendum, quod qui operatur ex tali ignorantia operatur non voluntarius; nihil enim est vol-

litum quin præcognitum.

Et hoc satis est ad hoc, ut opus ex tali ignorantia factum nec sit, nec dicatur peccatum.

## SUMMARIUM CAPITIS XIII.

- 1 *Advocatus non debet esse verbosus: Quia talis, potest ab officio removeri: Dicitur sic, turbator auditorii, & per Judices valet excludi: Doctor debet conclusivè loqui, & pauca, ac solum utilia effundere: Brevitas locutionis gratiam parit, immensitas tedium.*
- 2 *Virtus in modicis consistit: Consulens debet respondere sine verborum multiloquio: Reproabantur Advocati vociferantes: Non qui maximè clamat, aut magis loquitur, sapientior est. Vide, & nota carmina hic.*
- 3 *Extensus sermo, clamorque iterum damnatur, & viriliter reprobatur. Rabule reprehenduntur acriter: Nimis altercando veritas quandoque confunditur: Modestia in omnibus Advocatis nostris est necessaria.*
- 4 *Ob extensionem Advocatorum, prius Romæ fuit constitutum, quod dicerent in scriptis: Veritas facilius invenitur studio Scripturæ.*
- 5 *Periculum superfluitatis etiam in scriptura reluet: Affectata multitudo est rejicienda, & quæ processum reddit frustratorium. Authoritas Patronorum deperditur per inutiles allegationes, & notatur suspicio avaritia; ac potest Judex hoc coercere.*
- 6 *Arbitrium tamen ad hoc valde iustum queritur, & sanum: Omnia fundamenta partis sunt proponenda; & in illis ponderandis non datur superfluitas. Lau-*

*dantur aliqui Advocati grandis nominis.*

7 *In omni genere scientiarum fuere, & sunt AA. qui per modum extensem disputant, cum alteri laconice ferantur. Aliquando fit præcisa repetitio, & extensio.*

8 *Solum docti docta intelligunt: Quæ quis non intelligit, superflua reputat.*  
*Ad n. 9. 10. 11. & 12. vide, & lege.*

## C A P U T XIII.

*Utrum Advocatus debeat esse verbosus? De longis allegationibus hic agitur, & qualiter coerceri debeat hæc licentia, traditur.*

1  
3  
**C**Erte verbosus non debet esse Advocatus; nam quia talis potest ab officio removeri: *l. ex ea parte, ubi glos. optima de postul. Suar. de Paz in prax. annot. 5. tit. de Advocat. n. 5.* Talis enim dicitur turbator auditorii, & per Judices valet excludi: *cap. in loc. 5. q. 4. l. 3. §. penult. ff. de his, quæ in test. del. auth. jubem cod. de judic. Avil. in cap. præt. cap. 36. glos. Abogados n. 5.* Ratio est; quia Doctor debet conclusivè loqui, & pauca, & utilia effundere: *glos. in cap. cum sit ars de ætat; & qualit; & brevitas locutionis gratiam parit, molestiam adimit Judici, sinistramque fugat suspicionem; immensitas autem e converso: cap. offitatis 18. q. 2. prolixæque perorationes confusionem inducunt, tediumque generant audientium, legentiumque animis: Proæmium Decretal. §. sane. Put. de Syndicat. verbo Judex n. 3. & verbo Advocati n. 1. 2. & 3. tex-tus bonus in l. fin. cod. de precib. Imperat. offer. Bovadil. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 13. n. 65. Garc. de nobilit. glos. 35. n. 28.*

- 2 Accedit, quod virtus in modicis consilit, ut bene *Aretin. cons. 6.* ideo consulens debet respondere ad rem sine verborum multiloquio, sine truffis, & generalibus, quia fastidium, & quod magis est, multiloquium saepe mendacium generat: *I. ampliorem §. in refutatoriis, & ibi glos. & DD. cod. de appellat.* Unde errant Advocati, qui vociferando, & multum dicendo clientibus suis sic existimant placere; eorumque admiratione explere animos: *cap. 1. 46. distinct. Speculat. in tit. de Advocat. §. nunc de exordiis. Platin. lib. 2. de optimo cive ad hoc alludit ibi: Quo enim quisque maxime clamat, sapientior in causa putatur.* Loquantur Advocati conciudenter, & in paucis, sic enim contrariis longi erunt.

*Esse tibi tanta cautus brevitate videris,*

*Hei mibi quam multis sic quoque longus eris!*

Taliter debemus dicere,

*Quod nec Cecropiae damnent Pandionis arces,*

*Nec sileant nostri, prætereantque senes.*

- 3 Nihil certè geritur rectè, si cum clamore, extensoque sermone feraris: *I. I. in fin. cod. de Stud. lib. 11. Barb. in cap. licet 3. de translat. Episcop.* & nimis altercando veritas confunditur, ut Author est *Petrarch. in Ep. 6.* Ideo aliquando (de ignaris vellem intelligas) Advocatos vocaverunt rabulas: *Cujac. observat. lib. 4. cap. 40.* hocque à radendis auribus, & quod illas raderent, offendenterque vehementer: unde Cicerro in Oratore ait: *Quasi rabulae, qui sibi diserti non videntur, nisi omnia tumultu, & vociferatione concusserint.* Et Quintilianus lib. 12. cap. 9. super omnia perit illa, que plurimum Oratori, & authoritati, & fidei affert, modestia; si à viro bono in rabulam, latrato remque conver-

titur. Ex hoc credo, ut superius tradimus, saepe Advocatos vocari canes curiarum, ut etiam refert *Guillet. de just. & injust. lib. 3. cap. 4. n. 10.* Sed boni poterunt similiter vocari canes, canes vero veritatis, & qui sua elegantia invidos mordent, ac interficiunt.

*In vide quid laceras Nasonis carmina rapti?*

*Non solet ingenii summa noce re dies.*

Hæc tamen omnia maximè procedunt, quando merita causæ in audiensiis disceptantur, quod cum non fiat in nostro Lusitanæ Regno, sed allegemus in scriptis, de Lusitanis videntur non posse intelligi. Immo ad redendum tempus, quod quotidie inutiliter, & cum dispensio partium verbosi Advocati amitterebant ad evitandasque impensas observatum fuit Romæ temporibus Sixti, & Pauli tertii, quod Advocati non vocaliter, sed in scriptis informarent; & hoc idem factum fuit temporibus Clementis Papæ, ut tradit *Nevisan. in Sylv. nuptial. in initio ex n. 2. Lucas de Penna in I. 1. cod de professor.* Et sic nos Lysii experimur, quod veritas facilius invenitur studio Scripturæ, quam verbali disputatione, quæ vix potest absque tumultu procedere.

Sed nihilominus etiam hoc periculum superfluitatis in scriptura aperite militat, unde & in Galliæ Parlamenti nimiis Advocatorum allegationibus publice respondetur saepe: *ad factum, ad factum. Curia novit jura.* Quod est intelligendum de affectata multitudine, inutiliter luxuriante accumulatione allegatorum; quæ non modo nauseam facit Judici acta perlegenti, sed etiam processum frustratorie protrahit: *Simon de Præt. in proæm. tract. de ultim. volunt. interpret. numer. 22.* Ne dicam, quod existimationi Advocatorum, authoritatique per ejus

modi inutilem allegatorum accumulationem , sinistra vel avaritiae , & illiciti quæstus pro labore multipli- ci , vel etiam insipientiae attrahatur suspicio : *Carpz. lib. 3. resp. 5. n. 26.* Quam quidem infructuosam , otiosamque prolixitatem potest Judex certa mulcta coercere ; ut tradit *Carpz. d. loc. ex n. 27. cum seqq.* Et tales Advocati præsumuntur ma- li : *Rebuff. tom. 3. constit. Franc. tit. de reprob. test. art. 7. n. 2.*

**6** Cuncta tamen hæc sunt intelligenda servatis servandis ; multi enim Advocati peritissimi longis utuntur perorationibus ; & sæpe hoc postulaat materia , quæstioque ingens , & vasta , cuius pro una, aut altera parte sunt innumerabilia fundamenta , & poterit quis allegare omnia , ni- hilque relinquere intactum. Dicent sufficere principalia : ergo poteris multa omittere ? Sed quis mihi do- ceat , utrum Judex forsan pro reli- cto fundamento , & intacto , ad fa- vorem meæ partis judicaret ? Au- divi ita docuisse sæpe magnum Se- natorem Palatinum Eninanuelem Lopes de Oliveira ; & fortassis hoc consilio vastas dabat allegationes Franciscus Trigueiro de Goes , quin ob illas fastidium intelligentibus da- retur , sicut etiam sic plerasque vi- di à Sapientissimo viro Francisco da Motta , e Veiga ( qui certe est gran- dis Advocatus ) constructas.

**7** Quid mireris ? In omni genere scientiarum videmus Authores lon- gos , & loquaces , per milleque concludentes origines , nihil relin- quentes intactum , omnia summa claritate disponendo. Alteri cur- runt obiter , & per transennam , laconiceque disputant. Utrique sunt magni , & numerum possem refer- re infinitum in qualibet materia , præcipueque in nostra jurispruden- tia. Ergo hoc non malum erit , sed aliquando necessarium pro dignita- te materiæ occurritis. Accedit ,

quod licet pauca verba , ut ait proloquium Lusitanum , sint nece- faria sapienti , ut intelligat , & in- formetur ; non ita dici potest de insipiente , qui sæpe millies rebus ponderatis , deducit rebus ab ori- gine , evisceratoque processu , non bene percipit. Loquere ergo ad hunc paucis verbis , altoque ser- mone , terminisque juridicis ? Quid prodest brevitas , dic mihi , si li- ber est ?

Attamen si aliquando hoc accidit , quod raro sit , parum interest bre- vitas , aut extensio ; solum enim docti docta intelligunt verba , at- que amant : Audi Martial. lib. II.

*Quo tu, quo, liber otiose, tendis,  
Cultus sindone non quotidiana?  
Nūquid Parthenium videre? Certe.  
Vadas, & redeas ineolutus.  
Libros non legit ille, sed libellos.  
Nec Musis vacat, aut suis vacaret.  
Ecquid te satis aestimas beatum  
Contingunt tibi si manus minores?*

Ego cum in quadam causa ingen- ti fane , & maximæ ponderationis advocarem pro parte nobilissimi vi- ri Melchioris de Torres de Almey- da Negraõ Veco Cyabra de Freitas , perorationem divisi in octo capita , & postea vidi juxta divisionis ripam quædam verba Præclarissimi Domi- ni mei , ac Senatoris famosi qui sic Lusitano Sermone dicebat. *Nunca ouvi Sermaõ de tantos discursos, mas paciencia.* Hæc summo sale di- cta sunt , ac Judicis cognoscuntur modesti , omniaque legentis , quod animi sapientis est , probique viri.

Alius tamen , qui jam ab hac vita discessit ( & utinam cœlo sit ! ) cum pro parte Misericordiæ Eboren- sis allegarem , post duo folia à me scripta , posuit hoc : *atéqui naõ che- guou a fouce à raiz* , hoc est , con- cludenter me non loqui , nec attin- gere punctum post multa dicta. Vi- di tamen ego postea disertum suffra- gium , quo multa allegabat , &

quam-

quamdam expressam Ordinationem; quæ omnia in illis duobus foliis à me erant dicta, & ante suam posita glosam. Multi celebres Advocati magistraliter loquentes, propter superfluitatem improbant alios; sed etiam aliquando superflue.

- 11 Alter Judex publice in audientia, me tamen non præfente, de quadam mea allegatione vehementer risit, eo quod magnam judicavit. Gaudeo tamen me fuisse ipsi causam lætam talis lætitiae; quia sane in publicam utilitatem debent Judices hac molestias à se rejicere; vehementerque hoc ego gavisus fui; licet miratus Judicem ridentem.

*Cum te laudarem, tunc sum mentitus:*

*Ob unum hoc, scilicet hic risus debita pænam mihi.*

- 12 Verum tamen est (nunc contra aliquos loquor) quod non sunt longa illa, quibus nihil auferri potest: *Martial. lib. 2. Epig. 77. ibi.*

*Cosconi, qui longa putas epigrammata nostra,*

*Utilis ungendis axibus esse potes.*

*Hac tu credideris longum ratione Colossum,*

*Et puerum Brutti dixeris esse brevem.*

*Disce quod ignoras: Marsi, doctique Pedonis*

*Sæpe duplex unum pagina tractat opus.*

*Non sunt longa, quibus nihil est quod demere possis,*

*Sed tu, Cosconi, disticha longa facis.*

Quisque suo feratur ingenio, prout materia postulaverit; & legi potest *Plinius Junior in lib. 6. epistol. 2. ibi: Quædam supervacua dicunto etiam, sed satius est & hoc dici, quam non necessaria.* Omne supervacuum pleno de pectore manat.

## SUMMARIUM CAPITIS XIV.

- 1 *Non semper, & pro omnibus pauperibus cogimur postulare; sed servatis servandis.*
- 2 *Reprobantur avari, qui nihil faciunt, & solum alios reprehendere sciunt.*
- 3 *Argumentum intendens probare indistincte, & generaliter Patronos debere gratis patrocinari proponitur.*
- 4 *Alterum ad idem exponitur argumentum.*
- 5 *Aliud argumentum: Precepta de operibus misericordiae adimplendis sunt affirmativa.*
- 6 *Qui habet potestarem cibandi non semper tenetur cibare; & ita discurrendum respectu patrocinii. Homo sibi conjunctis necessitudine maxime cogitur curam impendere.*
- 7 *Advocatus tenetur operam misericordiae inpendere, quando aliquis cliens patitur tantam necessitatem, ut in promptu non appareat, quomodo ei aliter possit subveniri. Aliter non: Si tamen agat tali casu, laudabiliter agit: Responsio hic ad tria proposita argumenta: Charitas incipit à propria persona: Plerumque Advocatus non potest, nec tenetur ad patrocinandum.*
- 8 *Ut Advocatus obligetur ad patrocinandum, & defendendum in terminis questionis, ex parte dantis, & ex parte volentis recipere plura consideranda: Patrocinium est eleemosyna, & ut de ista, de illo discurrendum est. Explicatur, cui necessitati debet Advocatus occurrere. Necessitates ad tria genera reducuntur: Una est extrema, altera gravis, alia communis; & omne*

& omne optime explicatur, exemplisque firmatur.

10. Incommoda, quae stare possunt ex parte Advocati, & patrocinari prohibentia recensentur, & similiter ad altera tria genera reduuntur. Unum est gravissimum, aliud grave, aliud leve: exemplis sunt nota.
11. In nulla necessitate tenetur Advocatus patrocinium ferre cum gravissimo sui incommodo: Opera charitatis non obligant cum tanto discrimine: In gravissimis necessitatibus pauperum obligamur, & in gravibus etiam cum nostro levi incommodo quod non attenditur, nec venit in considerationem, In necessitatibus autem communibus non obligamur cum gravi nostro nocumento.
12. In casu extremæ necessitatis tenentur Advocati ex precepto charitatis pauperibus gratis patrocinari cum gravi incommodo, hoc est, data aliqua adhuc jactura. Late propositio hoc probatur.
13. In communibus necessitatibus pauperum tenentur Advocati eis auxilium gratis præstare cum levi suo nocumento. Probatur aperite. Advocatus etiam debet quieti indulgere; & non potest aliter operari; & moderatio amanda est.
14. Advocati debent amare paupertatem, & defendere egenos. DD. referuntur ita afferentes.
15. Pauper non habet actionem civilem ad cogendum Advocatum; implorat tamen Prætoris officium nobile ad hoc: Judex Advocatum compellit recusantem, & propter hoc potest illum suspendere. Omnis civitas debet habere Advocatum miserabilem personarum. Misericordia in his amplissimis Civitatibus habet Advocatum, qui advocat

pro incarcерatis. Qui libertate fruuntur etiam sunt in carcere quandoque paupertatis.

16. Advocatus timoratus non bene facit, si sperat pecunias à paupere viro.
17. Beatus Advocatus, qui amat, ac diligit pauperes illo indigentes. Prætor dat Advocatum penti, & maxime pupillis, & viduis. Istorum negotia celeriter expedienda.
18. Qui non cogitur esse Advocatus (licet ita de omnibus) postquam assump̄sit munus, compelli potest, ut patrocinium suscipiat. Plurimi DD. ita dicentes referuntur.
19. Causæ excusantes proponuntur.
20. Laudatur pietas, & Misericordia. Pauperes etiam nihil dantes alunt Advocatos. Qui pro paupere patrocinium præstat, tuba canere nolit. Aliquando potest patefacere sine jactantia, & ad exemplum aliorum: Advocatus debet lucere virtute magna. Rustici plerumque proficiunt, & ipsi pauperes; potentissimi vero aliquando nocent; & Ovidiano carmine delaratur.

#### CAPUT XIV.

Utrum Advocatus teneatur in foro conscientiæ præstare patrocinium pauperum causis? Quando hoc verum sit affirmative, resolvitur. Tractatur late, & summa distinctione præsens materia. Postremo pictas, & Misericordia erga pauperes Advocatis commendatur; & quando Advocatus post susceptum officium excusat ab Advocando pro aliquo, panditur.

**N**Osco ego plures homines avares, inter quos unus semper mihi celeberrimus vir, passim grandissi-

grandissimo intonat ore, Advocatos pro pauperibus debere gratis patrocinari, hocque dicto contentus, quasi Oraculum Jurisprudentiae miratur Patronorum aliquorum negligentiam, & in hac pietate repugnantiam. Ast cum ipse aliquando fuerit Judex, ac hodie bonis patrimonialibus sufficienter vivat, quin sit ei necessarium labore pecunias ad manducandum acquirere, miror ego magis de illo; poterat enim pauperibus aperire limen, & suo ingenio illorum causas defendere, non est enim omnino malus Jurisconsultus; & habet Bibliothecam sufficientem. Ibi certe legit statutum Patavinum sub rubric. de causis miserabilium v. & ne Advocate, & statutum Verone lib. 2. cap. 101. sub rubrica de Advocatis compellendis.

2 Pro hac resolutione indefinite stat magna cohors illorum, qui vident festucam in oculis fratrum, suis autem trabes non aspiciunt. Divites sunt, & omne, quod habent, vel tradunt thesauro simul cum corde, vel superfluitatibus, luxuique, origine destinant, quin eleemosinam egenis dent. Nostrum autem laborem totaliter pauperibus debitum clamant, ac generose fatentur: cur ergo vos avari, turpesque homines, de vestro non indulgetis? Diritia vestra pauperrima consistit in nummis, nostra autem ingenio, & Minerva: nos erimus prodigi, & perdit, vos autem pecuniam adorabitis? Distincte ergo debetis procedere, & ego ad questionem pro absoluta primo sic argumentor; & interim.

3 Exodi 23. sic dicitur: *si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo:* sed non minus periculum imminet pauperi, si ejus causa contra justitiam, ac leges opprimatur; quam si ejus jumentum jaceat sub

onere: ergo Advocati tenentur praestare patrocinium causis pauperum.

Facit secundo illud Matthæi cap. 4 25. 30. *Inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium:* ergo Advocatus non debet esse inutilis, alioquin hac Domini sententia condemnabitur, si suis talentis non velit lucrari, ad quod conducunt illa verba D. Gregor. Homil. 9. Evang. prope fin. ibi. *Habens intellectum curet omnino ne taceat: habens rerum affluentiam à misericordia non torpescat: habens artem, qua regitur, usum illius cum proximo partiatur: habens loquendi locum apud divitem, pro pauperibus intercedat. Talenti enim nomine cuilibet reputabitur quod vel minimum accepit.*

Ulterius argues sic: Præcepta de operibus misericordiæ adimplendis sunt affirmativa obligantia pro loco & tempore, quod est in dura, & maxima necessitate; atqui magna necessitas videtur esse, quando aliquius pauperis causa opprimitur: ergo à me Advocate subveniendus est, & ita videntur sequi DD. quos postea, & per discursum hujus valde necessarii capitis referemus. Utinam sit ad pauperum utilitatem, & ad maiorem Dei gloriam, quod præcipue intendimus!

Sed contra: non minor necessitas est indigentis cibo, quam egentis Advocate: atqui ille, qui habet potestatem cibandi non semper tenetur cibare: ergo neque Advocatus tenebitur semper pauperibus patrocinium praestare. Idem ergo dicendum est de nostro patrocinio, quod de aliis operibus misericordiæ; & cum omnibus prodesse impossibile sit, his potissime consulendum est, qui pro locorum, & temporum opportunitatibus constrictius mihi quasi quodam eventu, & fortuna junguntur; neque enim per mun-

mundum cogor quærere indigenes, quibus subveniam, sed sufficit quod paratus sim succurrere occurrentibus intra metas charitatis, quæ debet incipere à me ipso, Patre, uxore, præcipueque filiis charissimis, si forte tale onus sit tibi Advocate. Homo enim sibi conjunctis quacumque necessitudine maxime debet curam impendere, ut ex prima ad Timoth. 5. *Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit.*

7 Quando ergo aliquis tantam necessitatem patitur, quod in promptu non appareat, quomodo ei possit aliter subveniri, in tali casu, Advocate, teneris operam misericordiæ impendere: si autem in promptu appareat, quomodo ei possit subveniri, vel per se ipsum, vel per aliam personam magis conjunctam, aut maiorem facultatem habentem, non teneris subvenire; quamvis si facias, & bene sine detimento tuo possis, laudabiliter agas: unde Advocate non tenetur semper causæ pauperum patrocinium præstare; sed solum concurrentibus certis prædictis conditionibus; & si ita non foret, & absolute resolveremus, offereret me alia omnia negotia prætermittere, & solis indigentium causis juvandis intendere. Dico ergo ad argumenta posita; quod quando asinus jacet sub onere, non potest ei aliter subveniri, nisi à transiente. Ad instantiam talenti, dico locum habere, servatis servandis. Ad tertium dico, quod non quælibet necessitas causat debitum subveniendi. Et ad omnia, quod semper charitas debet incipere à nobis: unde si egeamus, & actualiter hac die laboremus ad manducandum, sive ad tegendum corpus, sive ut solvamus inquilini tristes, quomodo talibus circumstantiis, & similibus poterimus pauperes juvare?

Præcepta dantur de actibus virtutum, & ad hoc ut patrocinium ab Advocate sit præstandum, & sit actus virtutis, necessarium eit quod aliqua considerentur ex parte dantis, & altera ex parte volentis recipere; ex parte enim primi requiritur possiblitas, & commoditas ad patrocinandum; ex parte recipientis necessitas. Hujusmodi patrocinium eleemosina quedam est, ac opus misericordiæ: ergo idem dicendum est de illo, quod de eleemosina, & aliis operibus misericordiæ, juxta illud Joann. 1. cap. 3. *Non diligamus verbo, nec lingua, sed opere, & veritate:* ergo ut velimus, & operemur bonum, requiritur quod necessitati alicujus subveniamus, quod fit interdum per eleemosinam, interdum per patrocinium juxta uniuscujusque indigentiam, ac necessitatem: ergo idem de his omnibus est discurrendum.

9 Explicemus ergo, cuinam necessitati debeat Advocate subvenire? quando pro pauperibus gratis debeat postulare? Necessitates jam ad tria genera reducamus. Primi generis est necessitas extrema, in qua intelligendus est aliquis esse, non quando jam agit extremam animam; tali enim tempore quis poterit auxiliari? Sed tunc proprie dicitur extrema necessitas, quando sunt in aliquo certa, & nota signa significativa illum brevi tempore peritum, nisi auxilium aliquod præbeatur. In secundo genere est necessitas gravis, quæ est valde vicina extremae. *Mantua vae miseræ nimium vicina Cremonæ!* Hæc est, cum aliquis versatur in magno, & certo periculo incendi in aliquem morbum gravissimum propter inopiam, vel aliam hujusmodi calamitatem. In tertio genere constituuntur ostiatim eleemosinam petentes. Ita ergo sunt necessitates indigentium Advocatis. Prima est extrema, non quidem, quan-

quando quis jam dicitur ad supplicium (nam in tali tempore vix potest dari auxilium , excepto aliquo Daniele) sed quando stat in carcere, imputaturque ei crimen , propter quod infallibiliter mors erit infligenda ; nec habet unde sibi subveniat , nisi ex meo patrocinio gratis collato. Altera est gravis necessitas, quæ, ut jam dixi , est extremæ vicina ; & est , quando aliquis versatur in magno , & certo periculo incurriendi gravissimum incommodum mortis , aut supplicii ex defectu patrocinii. Tertia est communis necessitas , qua laborant quicumque pauperes litigantes pro bonis , rebusque suis.

**10** Incommoda autem , quæ stare possunt ex parte Advocati simili modo possunt ad tria genera reduci. Primum est gravissimum ; quod contingit , quando aliquis probabiliter timet , quod si patrocinium præstat , vel mors , vel maioris partis bonorum jactura sequatur. Secundum est grave , quando Patronus timet gravem jacturam , vel amittendo quæ habet , vel acquirendo quæ acquirere poterat , si diviti , & habenti patrocinium præstaret. Tertium est leve , ut si timet tempus consumere , vel aliqualem molestiam accipere in cognitione causæ , & ipsius prosequutione.

**11** His autem penitus constitutis , summa claritate procedentes ; & ut certa ab incertis nostro calamo separamus , dico primo , certum esse , quod , in nulla necessitate tenetur Advocatus patrocinium ferre cum gravissimo sui incommodo ; charitatis enim opera non obligant cum tanto discrimine. Dico secundo , quod in gravissimis pauperum necessitatibus , & in gravibus tenentur Advocati patrocinium ferre cum levi suo incommodo , hoc enim non attenditur , & charitas ipsa laborem postulat. Dico tertio , etiam

esse certum , quod in necessitatibus communibus non obligantur Advocati patrocinium ferre cum gravi suo nocumento. Itaque non teneantur nostrorum bonorum jacturam pati , ut pauperibus auxilium præbeamus ; charitas enim bene ordinata , ut dixi , debet incipere a nobis.

Sed de duobus nimis dubitatur: **12** Primum: utrum in gravissimis pauperum necessitatibus teneantur Advocati cum gravi suo nocumento? Secundum: utrum in communibus necessitatibus pauperum , teneantur Advocati eis patrocinari cum levi incommodo ex parte dantis ? Ad primum dico: In casu extremæ necessitatis tenentur Advocati ex præcepto charitatis pauperibus gratis patrocinari cum gravi suo incommodo , hoc est , cum aliquali bonorum bonorum jactura. Probatur: ordo charitatis est in præcepto , ut tenet communis sententia Theologorum: atqui secundum istum ordinem vita spiritualis proximi anteponenda est vitæ corporali , & vita corporalis proximi anteponenda est reliquis bonis nostris : ergo in casu extremæ necessitatis vitæ tenebitur Advocatus cum aliquali bonorum jactura vitæ corporali pauperis patrocinari. Secundo: Quamvis verum sit , quod in eodem casu , & in æquali necessitate magis teneat subvenire propinquo , quam extraneo , tamen etiam est verum , quod in quocumque casu teneat subvenire propinquo , teneat subvenire extraneo , dummodo ambo simul non concurrant ; sed sic est , quod si frater tuus , Advocate , in illa esset extrema necessitate , tenebaris ei patrocinium præstare cum bonorum tuorum jactura : ergo idem dico de extraneorum necessitate. Adde: Idem est judicium de patrocinio ; atque de eleemoyna , ut dixi jam ; sed in casu extremæ necessitatis

cessitatis tenetur homo eleemosi-  
nam facere , etiam de necessariis  
ad statum: ergo similiter Advocatus  
in extrema necessitate tenebitur  
patrocinari cum aliquali bonorum  
fuerum jactura. Minorem probat  
cum plurimis Theologis Grat. for.  
cap. 176. n. 1.

**13** Secunda conclusio ita est. In  
communibus necessitatibus paupe-  
rum tenentur Advocati illis patro-  
cinium , & auxilium gratis præstare  
cum levi suo nocumento. Ita cum  
plurimis resolvit Perez leg. 1. tit.  
19. lib. 2. Ordin. v. sexto dubitatur.  
Et probatur: Homines tenentur fa-  
cere eleemosinam de superfluis na-  
turæ in communibus necessitatibus;  
sed eadem est ratio auxilii præstan-  
di in necessitate ab Advocate: er-  
go etiam Advocatus in communi-  
bus necessitatibus cum levi suo no-  
cumento tenebitur pauperibus pa-  
trocinium præstare. Maxime, cum  
in Advocate , tempus , quod sibi  
supereft , & molestia , quæ accipi-  
tur in cognitione causæ ; & ipsius  
prosecutione , habeat rationem su-  
perflui , ut dicit Soto lib 5. de just.  
q. 8. art. 1. Hoc tamen dictum de-  
bet cum debita moderatione accipi;  
Advocatus enim neque semper po-  
test laborare , & quotidie debet in-  
dulgere somno , & quieti , ne aliter  
sit homicida sui ipsius , & si ita  
faceret semper , & pro semper la-  
borando , cum vires non possent,  
certe peccaret. Non toto ergo cor-  
pore liquatur sudor , sed sit nobis  
respirandi potestas. Hæc dicta obser-  
vent omnes.

**14** Pro coronide istius quæstionis,  
moneo Advocatos, quod semper  
ament paupertatem , egenosque  
defendant , miserosque homines,  
contra quos acre testimonium in-  
surgit , debent enim facere , &  
servatis traditis est communis op-  
nio , de qua Cov. lib. 3. Var. cap.  
14. n. 1. Tiraquel. de nobilit. cap.

29.n.37. Ana.Gail pract.obs.lib.1.obs.  
43. ex n. 15. ubi n. 18. & ibi tradit,  
ac exponit , qui dicantur pauperes?  
Suares de Paz in pract. annot. 5.  
n. 65. ubi limitat in locis , ubi sunt  
Advocati publici publico stipendio  
conducti ad patrocinium paupe-  
rum.

Et hoc tantam vim habet , quod **15**  
licet pauper non habeat actionem  
ad cogendum Advocatum , ut nem-  
pe pro se patrocinium suscipiat , po-  
test tamen implorare officium Judi-  
cis , qui Advocatum compellat , &  
recusantem suspendet arbitrio suo  
ab Advocationis officio juxta notata  
per Menoch. de arb. judic. lib. 2. cas.  
369. n. 4. Portol. ad Molin. in §. Ad-  
vocatus n. 108. Immo , ut scribit  
Cerdan. in libro visita de la Carcel ,  
omnis Civitas debet habere Advo-  
catum miserabilium personarum , ut  
bene tradit idem cap. 6. Hac urbe  
præclarissima datur Advocatus san-  
ctæ Misericordiæ , qui hodie est  
Noutelius de Carvalho Brandaõ ; &  
advocat pro incarcерatis. Ast cum  
multi , qui libertate fruuntur , sint  
etiam in paupertatis carcere , ad istos  
levandos properare debemus; neque  
enim senex sufficit omnibus , neque  
multi juvenes.

Si autem , Advocate , vis scire **16**  
tuam obligationem in hoc , & quod  
non possis capere , neque sperare  
pecunias à paupere , lege Narbon.  
ad l. reg. lib. 4. tit. 25. leg. 35. Tira-  
quel; ubi supra , & ibi citat. Alber-  
cium , & Jasonem. Filiucium e So-  
cieta Jesu moral. quæst. tom 2. tra-  
lation. 40. cap. 10. n. 286. & 287  
Soto supra lib. 5. de just. & jur. q.  
8. artic. 1. Benincas. de privilegio  
paupertatis in 1. specie in judicio ex  
n. 9. ubi quod aliter Advocatus sal-  
vari non potest. Unus pro cunctis  
S.Thomas 2.2.q.71. articul. 1. atque  
etiam articul. 4. Et quod recusans,  
deponi debeas , probatur ex l. pro-  
videndum §. 1. cod. de postul. & ibi  
Bald.

Bald. Abbas in c. I. de offic. judic.  
Gravat in annotat. ad proxim Vestrii  
lib. 4. cap. 4. n. 326. Mynsinger. cen-  
turi. 3. observat. 32. tx. in l. 1. §. cu-  
ra carnis ff. de offic. Praefect. urb.  
& l. moris §. I. de pæn.

17 Ideo Psalm. 40. sic dicitur: Bea-  
tus qui intelligit super egenum, &  
pauperem: in die mala liberabit eum  
dominus. Intelligite ergo, nostri  
advocati, & defendite, quælo, &  
legite Laetant. lib. 6. cap. 12. qui  
sic ait: magnum justitiae opus est,  
pupillos, & viduas destitutos, &  
auxilio indigentes tueri, atque defen-  
dere. Ideo Prætor debet date peten-  
tibus Advocatos ex Ulpian. lib. 2.  
de officio Proconsulis: *Advocatos*  
*petentibus debebit indulgere, pri-*  
*mumque feminis, vel pupillis, si-*  
*quis eis peiat, vel si nemo sit, qui*  
*petat, ultro eis dare debebit: eorum*  
*quoque negotia celeriter expedien-*  
*la sunt. Jam licet, Advocati, quo-*  
*modo viduas præfertim, & Orpha-*  
*nos debetis voce, calamoque de-*  
*fendere?*

18 Et licet quis non cogatur esse Ad-  
vocatus, attamen si assumpsit advo-  
cationis munus, compelli potest  
etiam per Judicem delegatum in  
his terminis, ut patrocinium susci-  
piat: l. I. §. ait Prætor, juncta glos.  
in verbo non habebunt ff. de postul. l.  
Providendum §. I. l. quisquis cod. eod.  
c. I. de offic. Judic. ubi glos. in verbo  
implorando: l. nec quicquam §. Ad-  
vocatos, & §. fin. ff. de offic. Procon-  
sul. de qua diximus: Gail praet. ob-  
servat. lib. I. obs. 43. u. I. Avil. in  
c. 28. Prætor in glos. acogidos num. I.  
Barbos. de offic. Episcop. p. 3. alleg.  
79. n. 34. Zerol. in prax. episcopal.  
p. I. verbo Advocatus n. I. Aloys. de  
Leo in l. 5. n. 31. cod. de postuland.  
Gratian. discept. for. tom. I. c. 56. n.  
22. hocque ad instar hospitis, qui  
postquam incæpit tenere hospitium,  
cogitur hospitari omnes viatores. En-  
quando tenemur proximis servire,

quin ultam speremus mercedem:  
Sot. lib. 5. de just. & jur. q. 8. art. I.  
Gail obs. 43. n. 14.

Aliquas causas excusantes à me-  
morata obligatione statuunt Docto-  
res, loquentesque absolute, argu-  
mento l. humanit. cod. de excusat.  
Tutor. l. non solum §. fin. ff. eod. l. si  
longius ff. de judic. l. muner. §. judi-  
canai ff. de muner. & honor. cap. si  
pro debilitate, & ibi Felin. n. 4. in  
fin. de offic. Delegat. glos. in l. sanci-  
mus I. in verbo arbitrium cod. de Ad-  
vocat. divisor. judic. prædictus Gail  
praet. obs. lib. I. obs. 43. n. 9. Grat.  
discept. for. tom. I. c. 56. n. 32.  
Cauia justa vila fuit Gratiano, si  
Doctor in publico Gymnasio profi-  
teretur; tum quia isti publico mu-  
neri debet satisfacere, tum quia sic  
maiis habet privilegium: facit Val-  
la cons. 88. inter consilia Sylvani.  
Alias, si tenetur exire in provin-  
ciam. Tu ponderando supradicta, &  
quæ à nobis distincto calamo dicta  
funt, vere observa, sunt enim à  
bonis authoribus deducta, sanaque  
mente.

Pietas ergo, & misericordia sum-  
mopere à bonis Advocatis sunt  
amandæ; pauperes enim certe nos  
alunt, quando ipsi gratis servimus;  
Deus enim pro istis multa dabit mu-  
nera. Cùm tamen pro paupere pa-  
tronum præstas, noli tuba cane-  
re ante te, dempto casu, si hoc fa-  
cias, ut exemplum aliis præbeas Ad-  
vocatis juxta illud: *Sic luceat lux*  
*vestra, ut videant opera vestra bona,*  
*& glorificant Patrem vestrum, qui*  
*in cælis est.*

Ego, ut verum fateat, volo pau-  
peres, volo rusticos, hominesque  
viles hac mea domo.

*Nam quamquam soli possunt pro-  
desse potentes,*

*Non proposit potius, si quis obesse*  
*poteſt.*

*Effugit hibernas demissa antenna*  
*procellas,*

*Lataque plus parvis vela timoris habent.*  
*Adspicis ut summa cortex levis innatet unda,*  
*Cum grave nexa simul retia mergat onus?*  
*Qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsum)*  
*Sic cadit ut tacta surgere possit humo.*  
*At miser Elpenor tecto delapsus ab alto,*  
*Occurrit Regi debilis umbra suo.*

## ADDITIO HUJUS CAPITIS.

Continet sententias depromptas ex sacra Pagina, quas nostris offero Advocatis, ut pro pauperibus intercedant.

**E**ccl. cap. 4. *Fili, eleemosinam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transvertas à pauperre: Animam esurientem ne desperieris, & non exasperes pauperem in inopia sua: cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem contribuli ne abjicias, & non avertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne avertas oculos tuos.*

Eccles. cap. 29. *Qui facit misericordiam, feneratur proximo suo. Fenerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterum redde proximo in tempore suo. Confirmaverbum, & fideliter age cum illo; & in omni tempore invenies quod tibi necessarium est.*

Adverto, Advocatos etiam cum incommodo debere dare consilia, ac ita eleemosinam; sic enim nimis à Deo amabuntur; & opus gratum facient adhuc in minimis; ad quod legant illud. *Luca c. 21. ibi.*

*Vidit autem, & quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo. Et dixit: vere dico vobis, quia vidua hæc pauper plus*

*quam omnes misit. Nam omnes hì ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victimum suum, quem habuit, misit.*

Ultimo advertere vellem, nos specialiter ut doctos debere fugere à mendacio, fictisque artibus, quibus hypocrita relucet. Sequamur veritatem in judicio, & amemus iterum misericordiam: legite Matth. cap. 23. ibi.

*Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocrita: qui decimatis mentam, & anethum, & cuminum, & reliquis que graviora sunt legis, judicium, & misericordiam, & fidem: hæc opportuit facere, & illa non omittere.*

Bene Proverb. c. 14. 31. *Qui calumniatur egentem, exprobat factori ejus: honorat autem eum qui miseretur pauperis.*

Matthæus c. 5. 42. *Qui petit à te, da ei, & volenti mutuari à te ne avertaris.*

O' si ego, nostrique Advocati ita operaremur! Faciat Deus, ut sic!

## SUMMARIUM CAPITIS XV.

- 1 *Quondam vendere patrocinium in honestum reputabatur apud Græcos. Plinius de hoc gloriabatur, & eloquentissimus Cicero: Qui negotia habebant, antequam agerent, se nihil Advocatis dedisse, vel promissojurabant.*
- 2 *Lex Cynthia memoratur, quæ aliquid à nostris Advocatis recipi prohibebat: Claudio Caesar sustulit hanc prohibitionem, atque Romanus Nero.*
- 3 *Reprobatur Xamar, & explicatur Suetonius: Nero constituit quod ex publico ærario recipient Advocati.*
- 4 *Panditur primum argumentum inten-*

- intendens probare adhuc hodie non posse Advocatos præmia recipere, aut retributionem.
- 5 Ponitur secundum, & tertium argumentum.
- 6 Contrarium est verum; possuntque Advocati suum vendere reclum, ac justum patrocinium, & licet Clerici sint.
- 7 Late idem probatur: Advocatus à domo exiens debet habere sumptus à cliente pro alimentis, & vectura ultra mercedem, & dari debent antequam pedem moveat.
- 8 Ad primum argumentum respondeatur.
- 9 Hic ad secundum, & ad tertium: Tu vero omnia diligenter nota.
- 10 Instantia ultima argumenti ponitur, & dissolvitur: Tu autem iterum notabis.
- 11 Dissolvitur, inquam, hoc numero, & vide late.
- 12 Antius Rannusius memoratur præriorum, & pecuniae pro advocatingo Antesignanus.

## C A P U T X V.

Utrum Advocato liceat pro suo patrocinio pecuniam, donum accipere? Probatur Advocatum consequi satarium ex nudo pacto, & adhuc sine promissione. Noster Advocatus, e dono exiens ratione cause, debet habere sumptus à cliente, & pro vectura. Quis primus pro patrocinando pecuniam acciperet, declaratur.

I **A** pud Athenienses aliosque Græcos fuit quondam inhonestum, & veluti sordidum Advocatos vendere suum patrocinium, ut ex Aristot. probat Tiraquel. de nobilitat. c. 29. n. 23. Hoc idem testatur Tacitus de Roman. l. 11. Ita ut nullus ob causam orandam pecuniam acciperet, donum ve aliquod. Quapropter

ter Plinius, quem citavimus c. 1. de hoc valde gloriabatur; eo quod leges antiquas secutus nonumquam suas orationes, aut allegationes concessit esse venales. Tanta hoc prohibitione viguit, quod olim qui negotia habebant, prius jurabant, antequam agerent, nihil se Advocato dedit, vel promisisse, ut tradit Petrus Gregor. in Syntagm. jur. univ. 3. p. lib. 49. cap. 8. n. 6. & ob id Cicero legum observantissimus à nemine ex suo patrocinio pecuniam accepit, si credendum est Plutarcho, & huc spectat illud memorandum Ovidii carmen:

Turpe reos empta miseros defendere lingua,  
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Dabatur de hoc lex Cynthia, sive 2 Cynsia, quam alii Titiam appellant, ut author est Tacitus lib. 11. & de his agit Quintilianus lib. 12. orator. instit. cap. 7. Bovadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. n. 68. Postea vero Claudius Cæsar hanc sustulit prohibitionem, & Romanus Nero Imperator antiquas leges abrogavit, ut litigatores pro patrociniis præstandis justam mercedem darent, teite Suetonio in ejus vita, cap. 17. quem citant Xamar q. 9. p. 2. de offic. judic. & Advoc. & alii.

Sed certe hic Author cum aliis aperte fallitur, neque vidit, aut legit Suetonium Romanæ historiæ, & Cæsarum peritissimum authorem; diversum enim constituit Nero, nempe quod publico ærario Roma Advocatis satisfaceret, ut videre est dicto cap. ibi.

Item ut litigatores pro patrociniis certam, justamque mercedem pro subselliis nullam omnino, darent, præbente ærario gratuita.

Potest tamen argumentari pro ista parte, & probari, quod Advocatus adhuc hodie non possit pecunias accipere, vel aliquod donum, & esto sic:

sic: opera Misericordiæ non debent fieri intuitu humanæ retributionis secundum illud *Lucæ 14. 12. cum facias prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites; ne forte te & ipsi te invitent, & fiat tibi retributio, sed cùm facias convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris; quia non habent retrahere tibi, retribuerur enim tibi in resurrectione justorum:* atqui præstare patrocinium procul dubio est opus misericordiæ: ergo pro patrociniis præstandis non potest Advocatus pecuniam accipere.

Secundo sic: quod est spirituale, 5 non est rebus temporalibus commutandum; atqui præstare patrocinium procul dubio est opus intellectuale, & dare consilium petenti, quid opus misericordiæ spirituale: ergo non potest Advocatus pecunias pro hoc accipere. Tertio sic: sicut ad judicium concurrit Advocatus, ita pariformiter persona Judicis, & persona testis; sed neque judex potest pecuniam accipere pro sententia ferenda, neque testis pro suo dando testimonio: ergo similiter Advocatus non potest præmium habere pro defendendo cliente.

Contrarium nihilominus est certum, & jure merito illæ antiquæ leges fuerunt abrogatae, convenientisque valde est, quod advocati suo labore acquirant, præmiumque à clientibus, quibus serviunt, consequantur, dignus est enim operarius mercede sua, & receptum est hodie, jure Civili, & Canonicō, quod Advocati summa honestate mercedem accipient: *I. si Credit. c. de paetis l. 1. §. In honorariis ff. de variis & extraord. cognit. cap. Non licet 11. q. 2. cap. Non sane 14. q. 5. cap. Roman. §. Nec etiam de for. copet. lib. 6. Soto de justit. & jur. lib. 5. q.*

8. art. 4. ubi late examinat, quemadmodum nobis sit licitum pretio patrocinari. Hoc tantam vim habet, quod etiam Clericus Advocatus possit accipere pecuniam, *ex glof. in cap. 10. 15. q. 2. Panor. in c. 10. in fin de postuland.* Immo ex nudo paælo possumus consequi nostrum salarium ex sententia glofæ, & omnium antiquorum *in l. 1. cap. de suffragiis;* & ipsum salarium debetur quamvis non sit promissum, & in hoc casu à Judice bono arbitrio taxari debet, habito respectu ad ea quæ cap. sequenti demonstrabimus.

Ita asserunt *Nata conf. 376. n. 2. 7. Benio de privil. jurisconf. 3. p. priv. 73. Grat. Forens. tom. 2. c. 257. n. 6. & 7. Gutierr. de juram. confirm. c. 67. Ceval. q. 228. n. 9. ita ut Advocatus pro modico advocans contemptibilis habeatur: Viva decis. 123. n. 1. Monter. decis. 14. n. 62. Barbos. de offic. Episc. p. 3. alleg. 79. n. 30. Græv. quem citat Barbos. in remis. ad Ord. lib. 1. tit. 48. §. 27. n. 7. unde Advocatus domum exiens, debet habere sumptus à suo clientulo: Camill. Borrell. conf. 21. n. 17. p. 1. & ubi extra habitationis locum, vel civitatem proficiscitur in causa clientis, necesse est ultra salarium sibi præstentur expensæ alimentorum, & vecturæ secundum dignitatem, & ut ita dicam, currus, quo vadat: Surd. de aliment. tit. 1. q. 68. n. 1. & tit. 4. q. 8. n. 6. adeo ut hujusmodi expensæ antequam de domo pedem moveat, sint solvendæ, ut ex dictis Surd. & Græv. concludit Barbos. immediate, & antecedenter à nobis citatus.*

Ad primum ergo argumentum dicendum est, quod non semper homo, nosterque Advocatus potest misericorditer advocare, neque semper tenetur gratis facere, alioquin nulli liceret aliquam rem vendere, quia quamlibet rem potest homo

homo misericorditer impendere. Sed bene quando eam misericorditer impedit, non humanam, sed divinam remunerationem querere debet. Similiter Advocatus, quando causa pauperum misericorditer patrocinatur, non debet intendere remunerationem humanam, sed divinam: attamen ex hoc non sequitur teneri semper gratis patrocinari, neque inconveniens aliquod ex accipienda pecunia.

**9** Ad secundum dicendum est, quod licet scientia juris sit quidam spirituale, tamen usus ejus fit opere corporali, nempe scribendo, revolvendo libros, emitur papirus, exit plerumque à domo Advocatus ad audientias. Præterea Advocatus multis sumptibus gradum consequitur, pluviis, itineribus, longe à Patria vivens, laboreque immenso. Nolo ego de his recordari, quando præmium taxo, si enim memini, quid mihi homines dabunt? Ad tertium dicendum, quod Judex, & testis communes sunt utriusque parti, quia Judex tenetur justam sententiam dare, & testis tenetur verum testimonium dicere. Justitia autem, & veritas non declinant in unam partem magis, quam in aliam. Adeo quod Judicibus de publico sunt stipendia laboris statuta, & testes etiam plerumque accipiunt laboris expensas non pro pretio testimonii, sed pro suo labore, cum sint pauperes, & non possint perdere diem; itaque in hoc casu leges hoc concedunt, ut quotidie practicatur, & apud omnes observatur. Ast Advocatus alteram partem tantum defendit, & licite potest, & debet pretium accipere à parte, quam adjuvat; nemo enim militat sine stipendio, ut dicitur *r. ad Corinth. 9.* probatque expresse de nostro Advocato *D. August. ep. 54.* Quamvis ergo consilium, atque patrocinium, sicut & scientia iuris sint res spiri-

tuales secundum se considerata; labor tamen in disceptando, in disputando, in libros revolvendo, & studendo, quæ ad juris consilium, & causæ patrocinium pertinent, non solum mentem, sed etiam corpus fatigant, & corporalia sunt: ergo saltem ratione illorum poterit Advocatus justum patrocinium, & jurisperitus suum consilium vendere.

Sed in ultimo argumento poterit **10** aliquis instare: Advocatus non potest licite praestare patrocinium, nisi justum; sicut judex non potest ferre sententiam nisi justam: ergo si ex ratione justitiae prohibetur judici pecuniam accipere, ex eadem ratione prohiberi debet Advocatus. Et si ex hac parte Advocato non prohibetur, neque Judici; eo vel maxime; quia si ratio justitiae facit communem personam judicis, & testis, ita pariformiter faciet personam Advocati, qui solum potest defendere partem justitiam habentem.

**11** Facilis est solutio, & multipliciter responderi posset. Proprius, & proximus finis judicis, atque testis in judicio, est justitia, atque veritas non hujus, aut alterius, sed simpliciter; quæ communia sunt utriusque parti: at vero finis proprius, & proximus Advocati non est justitia, aut veritas simpliciter, sed illius partis, cuius est Advocatus. Cujus rei signum est, quod si invenitur in processu suæ partis causam esse injustam, non poterit, nec debet illius secreta prodere, nec alteram, quamvis justam causam j�are, ad quod quidem teneretur, si finis illius proximus, & proprius esset justum simpliciter, & absolute querere. Quia ergo tam judex, quam testis ad id, quod communis utriusque parti est non positive, sed negative, hoc est, ad hoc ut in neutram partem declinet in judicio, assumi-

assumitur, sed ut id quod justum, & veritas fuerit in communi sive respectu actoris, sive rei, pronuntiet, & dicat; sit ut neutri illorum quidquid ab una parte accipere licet. At vero Advocatus, quia ejus finis, & scopus est non justum simpliciter, sed justum clientis sui, cuius causam summis viribus protegit, ac defendendam suscepit, potest jure merito suam mercedem accipere ab ea parte, cuius est in clytus Patronus.

- 12 Antufus Rannusius fuit primus, qui pro patrocinando pecunias accepit, quem semper libenter ego sequar, & mihi hoc justissimum videtur; neque pro divitibus umquam ego sine præmio laboravi, aut laborabo, neque aliquis ex illis hoc dicet; licet enim possem, minime vellem; melius enim tunc erat Advocato accipere, & dare pauperibus, ac ita moneo secundum vires.
- 

#### SUMMARIUM CAPITIS XVI.

- 1 Regule ponuntur, ut justum salarium ab Advocatis taxetur, & late exemplificatur.
- 2 Questiones circa honorem, & autoritatem sunt maioris ponderis, & maius præmium in illis Advocato debetur: Si sit pauper cliens, illi parcendum: Qui non punit pro fama, crudelis est.
- 3 Religiones defendere, hoc est earum temporalia bona Advocatis est grande decus.
- 4 Ducum, Marchionum, & Comitum esse Advocatus aliquando honor sine utilitate. Reproban tur pacta Advocatorum cum procuratoribus: ut quis sit Advocatus illustrium potest uti mediis sine infamia: hanc vero incur-

rent, si petant, & querant, ut pro aliis intercedant. Vide quæ late dicimus hoc numero, & nota.

- 5 Judices debent attendere, ne fraudulentur salario Advocatum: ut pars novum constituat Procuratorem, sive Advocatum, istius requiritur consensus, & male faciunt Judices, ac non sine peccato, quando jubent scribere in processu novum nomen Patroni, antiquo inaudito.

- 6 Salaria quotannis danda, debentur Advocato, licet per integrum annum cause non dentur, & sufficit Advocatum esse paratum ad defendendum. Advocati monentur, ut sine præmio non laborent: & si contra faciat quis pauper, potest committere culpam.

- 7 Explicatur, quid sit litis quota; & de illa agitur; & ejus prohibitione.

- 8 De eadem materia, & vide, & nota.

- 9 Ordinatio regia prohibet pacrum de quota.

- 10 Lite finita valet pactum cum Advocato, & donatio remuneratoria.

- 11 Vide opinionem Cabedi. Donatio in tali casu non debet esse excessiva.

- 12 Nostra Lex Lusitana dat Advocatis honoraria tenuissima: Possimus recipere ultra summam legis; & nota.

- 13 Salarium nobis debetur etiam nulla precedente conventione. Vide modum arbitrandi salario.

- 14 Quod ultra summam à lege taxatam possimus recipere iterum probatur. Lex taxativa non observatur, & hic memoratur. Vide, & nota.

- 15 Lex, que non recipitur, non obligat: Lex de salariis loquens ad computationem refertur: Advocati

- vocati habent premium secundum loci consuetudinem, & exemplificatur: *Advocatus ex salario debet consulere senectuti.*
- 16 *Definitur salarym: salarym judicum exigua sunt; & de hoc nimis dolendum est: Præmia augent artes.*
- 17 *Lusitani viri celebrantur.*
- 18 *Salarym petitur actione ex stipulatu, & jure actionis, & actione conducti: Quamvis præmium antea non constitutum solvi nihilominus debet: Salarym nostrum merces dicitur non solum pro labore, sed etiam pro honore.*
- 19 *Salarym summarie petuntur, & possumus trahere ad Curiam clientes, ut nobis solvant.*
- 20 *Respectu temporis, quo salarym solvendum est, observanda est loci consuetudo, & pactum Advocati: Vide.*
- 21 *Reprobantur recusantes solvere nostrum salarym, & illis offero hoc.*

*Epigramma.*

*Solvere nulla tibi cura est: servare recuso:*  
*Præmia nulla dabis, prædia nulla tene.*  
*Defenait causas regina pecunia quando,*  
*Forfitan, ablata, sic quoque vietus eris.*  
*Victus abi, victum credam fallacibus Austris:*  
*Invito numquam vel Palinurus ero.*

## C A P U T XVI.

*De salariis Advocatorum, & an finita lite, possit eis fieri donatio remuneratoria. De quota litis, & ejus prohibitione. An ultra summa à lege taxatam possimus accipere? Quo tandem tempore salarym, sive honorarium solvendum sit?*

**D**E salariis Advocatorum dicturus, suppono primo hac in re non posse constitui regulam certam, & determinatam, ex vi cuius præmium taxetur; ipsa enim scientia juris, & noster labor est talis valoris, ut de se sint res, quæ nullo pretio possunt digne estimari, ut dixit Aragon. *de injustit. Advocat. q. 71. art. 4.* Ego, ut verum mentem meam proferam in hac materia, meumque usum; sic me expedio. In primis debet considerari persona, pro qua labor impenditur; si enim dives est, & irgentis patrimonii, summa cum ratione potest dare maius præmium, & æquale, ac correspondens allegationibus; si-  
 cut enim isti vivunt de suis redditibus, & caducis bonis, ita nos de nostra scientia; & æquum est à dicitibus ali artes, & quod homines litterati ab ipsis præmia ad vivendum consequantur; neque hoc mirum esse debet, cum Advocati ipsa bona defendant, & usus fructus. Si vero est pauper, parca manu debemus esse contenti, & accipere moderate, immo in hoc casu, si homo præsertim est rusticus litigans, aut ignorans; & multum dererit, debemus statim ipsi reddere, nesciunt enim quid agant, & nos non ignoramus hoc. Similiter debet attendi quantitas, de qua est questio, aut quid litigans, si vice-rit, consequatur; si enim v. g. intentet reivindicare magna prædia,

aut maioratum, aut ipsis Reus manere; maiores sumptus patietur equidem; at si lis exigua fuerit, exiguo contenti simus, vel det dives, vel præbeat pauper. Debet tandem attendi labor processus, & quæstionis; & si ista fuerit de apicibus, maius nobis debetur salarium: nota tamen, quod si defendas pauperem in hoc casu, & in re modica, non attendas ad quæstionem, sed misero parce, miserisque accipe nummos, honore tuo tumidus, si bene quæstio à te ventiletur. Si causa sit modica, & quæstio excitetur difficilis ex alicujus partis contumacia, sunt enim homines contumaces, qui non attendunt, nisi ad victoriam, & cætera paryi pendunt, tunc poteris cavis accipere manibus quod dederint sponte; & justum fuerit. Ultimo potest Advocatus attendere ad suam famam, peritiam, & ingenium. Moneo tamen te in hoc casu esse humilem, licet tua fama volet tam ficti, pravique tenax, quam nuntia veri. Fama aliud, quo non monstrum deformius ullum. Si enim Advocati præmia consequantur secundum scientiam, quam habent in pectoris scrinio, recurrendum est ad Regum thesauros, & quisque volet esse Mydas:

*ait, effice, quidquid  
Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.*

- 2 Ego nunquam novi Advocatum, qui non putaret se esse Catonem, disertumque Messalam, aut Aulum Cæcellium. Et redeundo ad supradicta, cum ex regulis vulgaribus, ac DD. passim, & frequenter, quæstiones circa honorem, authoritatem, & similia contingentes, sint maioris ponderis, omnia enim famæ cedunt, & honori, potest Advocatus in ipsis maius assequi donum, si pro divite alleget, si vero pro paupere, laudet istius spiri-

tum, qui adhuc attendit ad honorem, cum sit paupertatis onere malo pressus; & modicum capiat; maior enim tunc datur necessitas ex parte miseri litigantis, qui enim pro fama non punit, crudelis est: *c. nolo 12. q. 1. cap. non sunt audiendi v. q. 3. Abbas. in cap. magnam n. 13. de vot. & vot. redempt.*

Si defendat Religiones pauperes in casibus præcisissimis; vel minimo præmio, vel nihilo sit contentus; certam enim habet mercedem apud Jesum Christum, orantibus earum Patriarchis, & filiis cœlo, terraque degentibus. Si divites, & ampla monasteria defendas, gratum impende labore, fortunatumque; præmium enim suscipis, & magnam consequeris autoritatem tantis Patribus partibus. A quæstionibus vero particulariter emergentibus inter aliquos, & quæ rigorose non spectant ad commune, si quæ sunt, liberet nos Dominus omnipotens.

Ducum, Marchionum, & Comitum esse Advocatum est magno nobis honori, sed non est eadem semper utilitas. Et tantus honos est, ut excusat ab infamia quadam, qua possunt notari omnes illi, qui pertinent esse Advocati alicujus, & ad hoc utuntur procuratoribus, quibus cum pacta indigna quandoque privatim celebrant, & ipsis dant tertiam partem. Si enim Advocati excepto hoc pacto, utantur mediis ad hoc, ut sint dominorum illorum, ac egregiarum, & Excel lentissimarum Dominarum Patroni, nulla oritur injuria, si credendum est ita distinguenti *Bovadil. Polit. lib. 3. cap. 14. n. 58. Fabr. in §. fin. instit. de except. Bald. in l. 2. ff. de senator.* Fugiant Advocati ab hoc, & sperent in Domino, quærendo pri mum regnum Dei, sic enim illis omnia adjiciuntur, & laus, gloria, & honor. Multi loquendo spernunt alios

lios magni nominis, sanæque doctrinæ, ut intrent in locum illorum; quod hoc sæculo valde viget. Noscō tamen, quod hodie ob temporum injuriam multi utuntur mediis licitis ad acquirendos clientulos; præsertim pauperes, & qui non habent Bibliothecas ingentes, & istis parcerem, hac enim urbe, quæ vere est orbis, pauperes solum cognoscuntur petentes, & cum sit sublatuſ usus in audiētiis, impletæ enim sunt sedes procuratoribus, sublatuſ fuit consequenter maximum medium acquirendi clientes, & nomen. Videant Judices, an foret melius, quod Advocati periti, & boni nominis frequentarent audiētias, & certe multus labor Prætoribus minueretur. Nec ideo tamen dico aliquos adhuc Advocatos bonos non frequentare audiētias, sed quam pauci, & rari sint, quis non videt?

5 Judices debent attendere, ne fraudentur salario advocatorum; & quia clientes multoties petunt per suas petitiones, quod scriba in actis ipsis novum scribat Patronum, aut mandatum acceptet, debet prius audiri advocatus; præsertim, ut planum fiat, si fuit consecutus præmium, & ne labor maneat inani. Qui vero aliter faciunt, & sine hoc nova mandata admittunt, peccant graviter; Advocatus enim præterquam quod per contestationem fecit item suam, quod non est hujus loci, ignorat novam electionem, & Judex in tali casu tenetur. Melius facient scribæ si dent notitiam Patronis; aut informent ipsos; licet hoc non dico ex præcepto, sed ex urbanitate. Ubi tamen urbanitas?

6 Circa salario quotannis danda Advocatis, dico deberi, licet per integrum annum causæ non dentur, vel non currant, hoc enim stare non potest ex parte Advocati, & sufficit esse paratum ad defenden-

dum: glos. in l. fin. ff. mandat. l. i. §. Divus, & §. penult. ff de var. & extraordin. cognit. l. properand. §. honorar. cod. de judic. Et notissimus Aufr. monet Advocatos, ne laborent, quin præmium sit certum, ut in p. i. styl. parlam. in princ. immo Advocatus pauper, & indigens, si contrarium faciat, potest comittere culpam; quia non debet abuti substantia sua, & tenetur conservare authoritatem, senatum dominus, parvosque lares. Ego odi dites avaros, & pro istis sine pecunia neque regulam dabo; pro pauperibus vero, Deus novit, quantum vires valeant, caputque hoc meum; gratis enim à Deo accepi, & gratis dabo, neque janua clausa est, aperta sempér.

4 Et ut jam dicamus de litis quota, primo dandum est, quid hoc sit. Hoc ergo nomen *quotus* potest accipi dupliciter. Uno modo proprie, & sic importat numerum, atque ordinem, qua ratione interroganti de aliquo, quotus sit in brancho, recte respondemus, quod tertius, vel quartus. Et inde venit aliquotus. Vel dicatur sic pars quota, quæ aliquoties sumpta reddit suum totum præcise secundum Philosophum in prædicamentis, & glos. in proæmio libri sexti. dec. ut unum, duo, tria respectu senarii. Sexies enim unum sunt sex, & similiter duo, & bis tria: quatuor autem non sunt pars aliqua; quia si bis sumatur facit plus, id est octo. Alio modo accipitur quotus larga quadam significacione, qua ratione dicitur pars quota, quæ inferior est ad totum, si aliquoties sumpta reddat ipsum totum præcise, si non. Et sic duo dicitur aliqua pars quinque. Hoc ergo supposito, aliqui afferunt non esse licitum Advocato pacisci cum litigante de aliqua parte litis, si ly quota proprie accipiatur; bene tamen si accipiatur improprie, quod

est dicere; quod non est licitum pacisci cum advocate, de conferenda ei tertia, vel quarta parte quantitatis, pro qua litigatur, si victoriā reportet. Bene tamen de conferenda ei certa quantitate, quæ summa, pro qua litigatur, aliquota pars non existat. Nec hujus sententiae aliquam assignant rationem, nisi quod leges prohibent pactionem de quota, hoc est de medietate, aut tertia, aut duabus tertiiis, ut constat ex l. si quis cod. de postul. & ibi Bartol. l. litem cod. de proc. & l. sumpt. ff. de pact. & tamen non prohibent pactionem cujuscumque alterius quantitatis, & leges intelligendæ sunt loqui in rigore.

**8** Cæterum hæc sententia est nugatoria, & mihi valde ridicula; nam sic, si tota quantitas pro qua litigatur, esset centum, licitum esset pacisci de sexaginta, quia non est pars aliqua, & non de viginti, quod nullus concedet. Quare dicendum putarem, nulla ratione esse licitum Advocate pacisci de quota litis, ad hunc sensum, quod non est licitum ei pacisci de aliqua quantitate, quæ detur pro victoria, sive constituta prius ei debita mercede, & salario pro labore, sive secus. Id enim totum appellant legistæ quotam litis *in legibus supra citatis*. Et ubi loquuntur de quota, non curant de proportionibus, sed tantum de rei substantia. Quod & colligitur ex ratione finali talis prohibitionis, que est, ne scilicet per fas, aut nefas ad victoriā contentur Advocate, siveque fraudes, & technas, quibus vincant, excoigitare compellantur. Est autem hoc intelligendum de certa quantitate promissa, non absolute, sed sub conditione, si vincat; seu pro victoria, quia tunc est eadem ratio prohibitionis, sicut & de quota litis. Nam si promissio facta fuerit absolute pro mercede sine respectu

ad victoriā, valida erit, ut constat ex l. i. in fin. ff. mandat. Ex quo inferas, in una, & eadem causa, puta, quæ est centum aureorum, non esse licitum pacisci de uno aureo sub ratione quotæ, hoc est, quantitatis recipienda pro victoria; quia hic militat ratio prohibitionis. Licitum autem esse pacisci de sexaginta absolute sub ratione justæ mercedis, si ita circumstantiæ requirunt; quia jam hic non habet locum supradicta ratio prohibitionis. Et de hac re vide *Sylvestr. verbo Advocatus n. 12*

Lusitani Advocate habemus de hoc Ord. reg. lib. I. tit. 48. §. II. quæ talem prohibet quotā sub pænis ibi contentis, & ad illam remitto lectorem; non enim præsumo hic omnia transcribere, & certum est à nemine ignorari; & cunctos ad unguem illam observare debere; nam etiam Advocate de quota paciscentes dicuntur crudeles deprædatores: Boccac. in tract. de pact. p. 3. n. 29. & tale pactum dicitur furtum, ut cum plurimis Farinac. p. 7. cons. lib. I. cons. 70.

Contra ordinem tituli, quod paulo, aut nihil interest, diximus prius de quota, non enim illico memini de donatione remuneratoria, & scribimus ex tempore, quod calamus, viresque possunt, quanvis vereor hoc ipsum de se opus probet. Habemus ad hoc expressam decisionem Cabedi, ubi judicatum tradit affirmative, quia, lite finita, valet pactum cum Advocate: tex. in l. unic. cod. de suffrag. I. si credit. cod. de pact. Tiraquet. de nobilit. cap. 29. n. 27.

Unum moneo, quod in hac decisione Cabed. que est 19. p. I. videtur ipse approbare similem opinionem illi de quota, quam absconam esse diximus; & allegat Ang. in l. sumptus ff. de pact. Joann. And. Azor. & alios n. I. Ast ego non recedo

cedo à dictis, & nostra lex contemnunt supponit Advocatum salario. Quisque tamen suum capiat iter. Debes autem advertere in casu donationis, ipsam non debere esse excessivam, ut dixit *Cabed. n.9.* & quod donatio non est proprie contractus: *glos. in auth. sacram. pub. cod. si advers. vendit. de qua Molin. de primo gen. lib. 2. c. 2. n.61.* Et hæc dixisse sufficiat pro præsenti materia; maiora in aliis postea dicturi, dummodo tamen scias Cabedum non sequi expresse illam opinionem: ast si Advocatus de alia re paciscatur pro victoria, habemus idem periculum; & si non valet, quid de novo? Potius excludamus absolute talia pacta durante lite.

- 12** Post hæc tamen à me scripta, resolvi altius explicare præsentem materiam quoad salario, de quibus primo locutus fui, neque curo de ordine loquendi, dummodo prodesse possim. Est ergo notandum, quod nostra lex præbet Advocatis honoraria tenuissima, & valde macilenta, de quo jam olim dixit *Caldas,* & dolendum esse notavit in *commentar. ad l. S. curat. verbo vel adversarii do' n. 16.* ex quo fit ut à multis lites protegentur, neque taxatis quis vellet esse contentus, aut hodie pro tali præmio laborare; & inspecta temporum varietate non habet lex circa hoc observantiam, neque ullo modo habere posset, cum Advocatus necessario debeat vivere emolumentis suæ artis; & justum præmium auferri non potest. Adde, quod Advocatus bene potest, cessante coactionis causa, accipere oblatum ex causa donationis, quod bene conjici potest ex magnanimitate, vel affluentia divitiarum clientis, qui excessum cognoscens, & Advocatum vere, & ex intentione renuentem accipere, ad id tamen instanter cogat, vel semel datum recipere recusaverit,

quod frequenter in Principibus, Marchionibus, Comitibus, nobilibusque personis accedit, & in aliis valde opulentis, qui non solum semel datum, vel oblatum recipere renuunt, sed immo ex eo quod per Advocatos reddatur, quasi sua liberalitate, & magnanimitate posthabita, offenduntur. O plurimi existis ad me volent agmine facto; egeo enim illis, partibusque pinguis marisupii ad sublevandas non solum meas necessitates, sed multorum, & exercitus nimis grandis! Ita consuetudo, & praxis observat, ne his magnis (maximis mihi) personis quidquam ex mercede licet immoderate oblata, reddatur; & ita practicatum testatur per regiæ Curia Matritensis magnos, & timoratos Advocatos peritissimus *Lagunes de fructibus p. I. cap. 25. §. unic. n. 165.* Ego per nostros Lusitanos unanimiter, & nemine discrepante observatum magna semper voce clamabo, vel me appellent testem, vel ducem cohortis; dummodo intelligent me erga pauperes, & rusticos observantissimum in eo quod solam justam velim recipere mercedem.

Neta etiam, quod nobis pro defensione causarum Patronis electis, nulla salarii præcedente conventione, justum tamen est solvendum ex aperto *tx. in l. I. §. Advoc. ff. de var. & extraordin. cognit. ubi glos. singular. Bartolus, & DD. antiquiores: l. salarium cod. mandat. Alex. conf. 109. lib. 6. Socin. conf. 196. n. 1. vol. 2. Gratian. discept. for. cap. 257. n. 5. Magon. decis. Florent. 12. n. 4. Barbat. de divis. fruct. p. 2. cap. 11. ex n. 11. Flores de Men. var. q. lib. 1. 7. 8. §. 1. n. 17. & n. 46. cum seqq. Ubi optime agit de Advocatorum salarii taxa, & quod arbitrio boni viri, vel Judicis relinquatur, considerata primum causa, & personarum qualitate, Advocati facultas, & excellentia, labore, quem subiit,*

iubuit, nec non & consuetudine Patriæ, & fori, quæ quidem consuetudo apud nos Lusitanos favorabilis est, & non tenuis, sicut lex; ad quam in arbitrando non attenditur; per tolerantiam enim contraria, & scientiam Principis in hac materia recessit ab aula. Immo ego jam defendi, & nuper, scribam aliquem, qui accipiebat maius salarium in certo eventu, & fuit absolutus ex vi consuetudinis unanimiter ab aliis servati: leges sunt antiquæ, & salarium illis temporibus magnum erat, hodie parvum, & ideo illo non possumus esse contenti.

<sup>14</sup> Et ex supra deductis intelliges quæstionem, quam noster etiam ex citavit Ægidius: utrum nempe ultra sumā a lege taxatam possit noster Advocatus recipere tuta conscientia? *Lex est in lib. I. tit. 92.* Et hac supposita nos posse jam diximus, immo ex ipsa lege affirmo non teneri ad restitutionem: *Quia §. 16. sic disponit ibi.*

*Item os Contadores saibaõ das partes, quanto lhes levaraõ os procuradores, e se acharem que lhes levaraõ mais do que lhes por este regimento he taixado, e as partes lhes requererem que lhes faça tornar o que assim mais lhes levaraõ, o Contador lho fará tornar, sem por isso o procurador haver outra pena alguma.*

Præterquam quod hoc nullatenus observetur, nec talis umquam fiat diligentia per tolerantiam ipsius Principis, & scientiam Curiæ, patet ex lege Advocatos non teneri ad restitutionem, nisi parte petente: ergo secundum legem juste retinemus, cui similis est alia *eod. lib. I. tit. 48. §. 11.* Nullam autem de hoc vidimus petitionem, neque salarium taxatur jam attenta lege à Judicibus; dudum etenim recessit ab aula. Probatur ulterius, nos pos-

se accipere ultra summam legis, quatenus illa supra dicitur Advocatos in tali receptione nullum incurere crimen, neque nulla pæna fore afficiendos, cujus rei, & dispositionis motivum justum est: ergo si in exteriori foro non contraxi crimen propter legem taxativam, multo minus ex vi illius in interiori culpabor; non enim ita subest forum interius humanæ jurisdictioni.

Et etiam; quia lex, quæ non recipitur à populo, non obligat, nec vim legis habet: *Navar. cons. l. de constit. q. 5. n. 23. Cov. lib. 2. variar. c. 16. n. 6. v. quinto sunt:* atqui lex talis taxativa numquam fuit recepta ab Advocatis, ut ex usu contrario patet, & ex tolerantia: ergo de illa non est curandum. Denique: lex de salariis loquens ad computacionem refertur, & magis videtur præscripta calculatoribus norma pro computo faciendo, juxta quem victus victori solvere debet expensas. Hoc omne late probat Ægidius in suo directorio c. 9. ubi videre poteris, & ibi n. fin. affirmat Advocatos posse accipere secundum consuetudinem loci, & attenta facundia, unde procul dubio his urbis maius nobis debetur præmium, quam v. g. in Provincia Transtagana, ubi pro minori pretio domus locantur, & res venduntur. Accedit, quod salaria antiqua illo tempore constituta forsan erant sufficientia, hodie minime, unde cum incompetentia evaserint, temporis progressu vel ideo variantur, ut bene probat Molin. de justit. & jure tom. I. disp. 3. v. unde Zachias de salar. q. 9. n. 5. Et Advocatus, sicut cæteri, debet habere salarium, quod non solum sit sufficiens sustentationi, sed etiam acquirere quotannis aliquam summam, quam reponat in arca, ut venerabili consulat senectuti per rationem legis hanc §. sexcenti cod. de Advocatis divers. judic.

*judic. Zachias de salario in proæmio n. 16.* & plurima mala eveniunt, quando quis ex suo officio non habet mercedem labori proportionatam: *Zach. in d. proæmio n. 15.* nam ex non concessso proportionato salario ibit Advocatus ad insidias, vendet causas, acriter colludet, fumique venditor erit. Quommodo ergo salario à lege taxato quis hodie vivat?

16 Quæres: quid sit salario? Sic definiri potest: *Remuneratio debita pro operis retributione. Zach. de salar. I. p. q. I. n. 12.* unde omnis labor optat præmium: *cap. abundant. 7. q. I. c. charitatem 2. q. 2.* & præmii spes solatum laboris est, quia homines naturali quodam instinctu præmia nimis amant: *Aristotel. 7. Politic* Ego, ut certum proferam, de Judicibus in hac materia salariorum nimis doleo, quæ certe Princeps augere debebat. Et licet ob variata rerum pretia fuisset olim auctum salario Dominis Senatoribus, non fuit respectu inferiorum Judicum, quod multis lachrimis dignum est; neque Domini Senatores habent hodie salario competens secundum dignitatem, magnumque laborem; & talia salario de justitia augeri debent, ut late probat *Landim de salario Judicum, & aliorum officialium q. 3. Guerreir. de munere Judicis orphan. tract. 2. de division. lib. 8. cap. 25.* Nec mirum est; quando omnes præmia sibi volunt; & regios invitent præmia mores, nec aliter facta illustria, facinoraque sperari certe possunt, ut insinuat carmen.

*Magnus Alexander non tam celer iret in hostes,  
Ni premeret lauro texta corona caput.*

*Cessarent ludi Circenses, Olym-  
picus olim;  
Munera ni scirent esse parata  
foro.*

Ea tamen est Lusitanorum nostrorum præstantia, quod adhuc sine salario condigno, in tela, bellaque ruant, & sic miramur milites strenuos. 17

*Haud equidem pretio inductus,  
pulchroque juvenco venissem, nec  
dona moror.*

O vere Maximi Senatores, Egregii Judices, stupendique milites, qui bonis patrimonialibus exhaustis, Patriæ, Regique fideliter vestrum præstatis obsequium! Quæ gens similis Lusitanis?

Quomodo autem salario sit 18 petendum, & dandum? Dico peti actione ex stipulatu: *I. salario juncta glos. ff. mandat. & jure actionis: tx. in I. I. juncta glos. ff. de variis, & extraordin. cognit. Ord. lib. 4. tit. 29.* & ita usus observat; & quod petatur actione conducti: *I. sed addes in fin. cum leg. seq. ff. locat. I. salario cod. mandat. Rebuf. in I. 3. ff. de offic. Assessor. in v. qua actione;* & quamvis pretium constitutum nobis non sit, solvi nihilominus debet; quia nostrum officium est onerosum, & difficile; & sic intrat illa doctrina *Baeç. de decim. tutor. c. 2. n. 19. & cap. 20. num. 20. Flor. variar. quæst. 8. §. 3. n. 2. Menoch. conf. 218. n. 20. & conf. 570. n. 4.* maxime quia Advocatus est solitus locare operas suas: *Britto de locat. I. p. rubr. §. 4. n. 8. & 9. & salario, quod nostris Advocatis datur, etiam merces dicitur ex I. I. ff. de variis, & extraordinar. cognit. I. qui operas in fin. ff. locat. I. sub specie cod. de postul. I. sanctimus cod. de judic. & non tantum dicitur merces pro labore, sed etiam pro honore, ut bene Bartol. in d. I. I. ff. de variis, & extraordin. cognit. Additionator ad Reynos. observat. 27. n. I.*

De salariis Advocatorum plura 19 dixit Bovad. *Polit. lib. 3. c. 14. num. 63. Gregor. Lop. in I. 14. tit. 6. p. 3.*

*Gratian.*

*Gratian. for. c. 57. n. 41. & c. 56.*  
 & summarie praedicta salario à nobis  
 petuntur, & summarie, de plano.  
 que proceditur, ut optima ratione  
 practicatum vidi; ex eo quia habent  
 privilegia alimentorum, sustentatio-  
 nique nostræ destinata sunt; & sine  
 illis vivere non possumus; neque  
 enim venter minimam patitur dila-  
 tionem: & possumus trahere ad  
 Curiam clientes nolentes, & recu-  
 fantes solvere praedicta salario, ex  
*Ord. reg. lib. I. tit. 14. §. 2. & lib. 3.*  
*tit. 5. §. 11. & tradit. Costa annotat.*  
*I. n. 18.*

- 20 Restat scire, quo tempore sala-  
 rium solvendum sit? Et loci con-  
 suetudinem observandam autu-  
 mus; hac enim Curia regulariter in  
 fine anni solvit; quando taxata  
 est quantitas quotannis pro defen-  
 sione causarum cuiusdam: alii fini-  
 tis tribus mensibus solvunt, & di-  
 cunt vulgo Quarteis: alteri dimi-  
 dium salarii transactis sex mensibus;  
 unde pacta Advocati, & Clientis  
 servari, bonasque conventiones ju-  
 dicamus. Mihi præ cæteris nimis pla-  
 cent illi, qui in principio dant; &  
 sequor in hoc glosam vere Magnam,  
*de qua Ægid. in suo directorio cap.*  
*9. n. 2. per tx. in l. I. §. Divus ff. de*  
*variis, & extraordinariis cognit.*  
*ubi Bartol. n. 16. in fine: Videndus*  
*Cagnolus in l. diem funeto n. 123. &*  
*seqq. ff. de offic. Assessor. ubi n. 130.*  
*ubi hanc opinionem dicit commu-*  
*nem, & tenet glos. in verbo salario*  
*in l. venditor §. si constat ff. commun.*  
*præd. Speculat. & Joannes Andreas*  
*in tit. de salario §. sequitur v. sed*  
*quando solvetur: Alex. in l. diem*  
*funeto ff. de offic. Asses. Plurimi. DD.*  
*in l. properandum §. illo procul dubio*  
*cod. de judic. Vide Cardos. in verbo*  
*salario n. 4. Quod vero summa-*  
*rie petatur, vide eumdem Cardosum*  
*in praxi dicto verbo n. 1. ubi plures*  
*refert.*

21 Cave tamen, Advocate, à pessi-

mis hominibus vulgo caloteiros, &  
 ne fidas eis; nos enim solent paſce-  
 re ſpe inani; ſicque ludunt pluri-  
 mos, non me tamen; illos etenim  
 vel ipſo ex vultu cognoco; labo-  
 remque ita perdere recuso, tuaque  
 cauſas maiori indigere Patrono li-  
 benter clamo.

*Non tali auxilio, nec defensoribus*  
*iſtis Tempus eget.*

## SUMMARIUM CAPITIS XVII.

- 1 *De origine Bibliothecarum hic late: Judæi primi libros compa- ravere, & de aliis vide nationibus. Memoratur Pollio.*
- 2 *Celebratur Paulus Æmilius, & Lucius Luculus, & Cæsar Ju- lius: Etiam Panfilus Martyr: plurimæ celebrantur Bibliothecæ.*
- 3 *Christus est liber vite: Mortis imago volumen disertissimum.*
- 4 *Advocatus debet habere Ordina- nations Regias. Noſtra leges Lu- sitanæ ſunt nobis jus commune; Ubi ſunt leges Regni, ceſſant le- ges Imperiales; immo iſtas vi- cit Regni contraria conſuetudo.*
- 5 *Si casus, de quo diſceptatur, non eſt determinatus à lege Lusi- tana, & materia involvit cul- pam, debemus ſequi ſacros Cano- nes; aſt ſi pecatum non includit, leges quærenda Imperiales; ſic utrasque debet noſter habere Ad- vocatus; & Accurſum, atque Bartolum juris lucernam. Me- moratur Joannes das Regras Doctor Lusitanus, & Senator famoſus: D.D. Joannes Primus Portugalliae Rex, atque Invi- etiſſimus Nonnius Alvares Perei- ra.*
- 6 *Sequimur Bartolum, ſi ejus opi- nio non ſit reprobata. Celebra- tur aliqui Authores Lusitani de Jurisprudentia benemeriti.*

7 Lau-

- 7 Laudantur Advocati ingentibus  
Bibliothecis decori: Concluditur  
optimos libros comparandos.
- 7 Non requiritur prætise immen-  
sa Bibliotheca ad advocandum.  
Vide, § nota.
- 9 Prosequitur intentum: In com-  
parandis libris non numerus, sed  
usus est spectandus.
- 10 Laudatur Authoris Parens, &  
Patruus; quod tu attribuas pie-  
tati.
- 11 Nullus regulariter potest habe-  
re libros prohibitos: Debent præ-  
sentari Sanctæ Inquisitioni.
- 12 Retinentes libros tales, subji-  
ciuntur pluribus penit, de quibus  
hic.
- 13 Bonum est nostros Advocatos  
esse versatos in libris cuiusvis  
materia.

## CAPUT XVII.

De Bibliotheca Advocatorum, & qua-  
les iisdem libri sint præcisi? Utrum  
conveniens sit Bibliothecam habe-  
re ingentem, ubi de libris prohi-  
bitis plurima traduntur. Et de  
origine Bibliothecarum.

Judaï primo libros, & ingentes  
Bibliothecas habuere; primi enim  
scientias professi sunt, ac artibus  
usi, sique diligenter scripta custo-  
diebant, & plurima digna curiose  
servabant. Chaldaei libros Hebræo-  
rum flammis tradidere, & leges;  
quod Esdras omne postea reparavit,  
& ad viginti duo reduxit. Postquam  
Moyses scripsit, semper Hebrei li-  
bris depositis gavisi sunt, & testa-  
mentum vetus conditum amavere,  
aliosque libros, de quibus in isto  
fit mentio; libro enim Numer. cap.  
21. fit memoria de libro bellorum  
Domini ibi: *Unde dicitur in libro  
bellorum domini, sicut fecit in ma-  
ri rubro, sic faciet in torrentibus  
Arnon.* Judas etiam Apostolus citat

epistolam Enoch, & 2. Reg. fit men-  
tio (de libro justorum Domini) cap.  
1. Græcia etiam prior Bibliothecam  
publicam fecit, & Author fuit  
Pisistratus Athenarum Tyrannus,  
quam ipsi Athenienses postea lar-  
gis sumptibus multiplicavere; donec  
Xerxes Rex potentissimus exercitu  
innumerabili equitum, peditum-  
que, & infinitis agminibus totum  
Orbem lacepsens, tandem ad Græ-  
cos accedit, & libros capiens, ad  
Persiam transtulit, ut legi apud Aut.  
Gel. lib. 6. Fuit etiam famosa pris-  
cis temporibus Bibliotheca Alexan-  
driæ in Ægypto, quam fecit Rex  
Ptolomæus; & celeberrima testa-  
mento veteri per septuaginta Inter-  
pretes; & quia multitudinem libro-  
rum continebat, Eumenes autem  
civitate Pergami aliam in similitu-  
dinem illius tentavit. Habebant au-  
tem viros versatos in omni materia,  
& linguarum notitia, quorum quis-  
que sibi tradita servabat, & dabat  
petentibus; ut Poeta Poetas, Phi-  
losophus Philosophos, Historicus  
Historicos, & sic de aliis jucunda  
distinctione. Sed dolor heu! Ad  
quid tanti sumptus? Ad quid Re-  
gum diligentia? Huc venit Augus-  
tus Cæsar Julius Italos agens in præ-  
lia, Pompeiumque petens, cog-  
nataisque acies; & pugnans contra  
gentem armis acerrimam Ptolomæi  
Cleopatræ fratrem, flammis voraci-  
bus libros omnes perdidere milites  
indocti. De Aristotele dicunt aliqui,  
ipsum fuisse primum, qui libros  
comparavit, quod adhuc si ita est,  
de privato intelligendum, & suppo-  
nendum est ad hoc juvari magno  
Alexandro. Novæ Bibliothecæ ori-  
ginem habuere, sive principium in  
Roma capite mundi, & prima fuit  
Asinii Pollionis viri doctissimi, ac  
Consularis, summa in gratia habiti  
apud Augustum, à quo impetravit  
Virgilio agros suos; quapropter gra-  
tus Maro divino carmine sæpe de

ipso cecinit, ut Eclog. 3.  
*Pollio amat nostram, quamvis sit  
 rustica, Musam,  
 Pollio & ipse facit nova carmina,  
 pascite taurum,  
 Jam cornu petat, & p. dibus qui  
 spargat arenam.  
 Qui te, Pollio amat, veniat quo  
 te quoque gaudet,  
 Mella fluant illi, ferat & rubus  
 asper amomum.*

<sup>2</sup> Construxit etiam Bibliothecas  
 Paulus Emilius, & Lucius Lucu  
 lus, devicto Ponto, & Cæsar Ju  
 lius plurimas auxit, quas tandem  
 rapuere incendia ob Romæ civiles  
 discordias, tumultus, & alios ca  
 sus; donec Domitianus Augustus  
 Imperator eo modo, quo potuit,  
 damna hæc reparavit, libros emens,  
 & quærrens. Inter Christianos primus,  
 qui libros cumulavit, fuit Panfilus  
 Martyr, cuius vitam scripsit Euse  
 bius. Solebant antiqui in Bibliothe  
 cis ostendere imagines doctissimorū  
 Heroum, qui ingenii floruerent,  
 quod his temporibus observat Ven  
 netum Respublica clarissima, ejus  
 que cives literis dediti, nec non &  
 Sinenses populi. Hodie in toto ter  
 rorum Orbe sunt inclytæ Bibliothe  
 cæ, quas referre quis poterit? Rex  
 noster invictissimus, & felicissimus  
 D.D. Joannes V. Bibliotheca fruitur  
 vastissima, & nulli secunda. Nec  
 opus est de illa dicere, cum tanti  
 Regis sit; cuius omnia opera, æ  
 dificia, & animi actiones, magni  
 tudo, liberalitas, & ingenium  
 omnium oculos, ac orbis invidiam  
 allicant. In Cenobio sancti Domini  
 nici est etiam publica Bibliotheca,  
 hac Ulyssiponis urbe, & quæ est  
 vastissima. Famosus Comes Ericeiræ  
 sua lætatur vere magna, & venusta,  
 & quæ per plures domus extendi  
 tur. Sed ad quid libri sunt Comiti  
 Excellentissimo, si pectore, animo  
 que scientias, & notiones feliciter  
 includit, aperitque; ita ut quæ di

vita beatos efficiunt, collecta te  
 neat? Quid de aliis dicam? De  
 Praeclarissimis Dominis DD. Didaco,  
 & Francico de Almeida, quorum  
 unusquisque fere infinita habet vo  
 lumina, doctissimi ambo, & jurif  
 prudentia clarissimi. Nec te filebo,  
 Joannes Alvares da Costa, Domine  
 mihi colendissime, ac Senator famo  
 se, qui quondam Romæ ingenii ra  
 diis floruit, & ipsis Lusitaniam quo  
 tidie auges. Tua est Bibliotheca in  
 gens in domo, qua præbes publi  
 cam partibus audientiam. Plurimæ  
 aliæ sunt, sed jam ad Advocatum.

Duo imprimis volumina Advocati  
 s noto esse necessaria, & sine istis  
 vivere bene non poterunt, nec cau  
 sas defendere, aut licite acquirere.  
 Primus est liber vitæ, Christus Do  
 minus Advocatus in Cruce pendens,  
 ut quotidie dulcia ligna, dulces cla  
 vos veneremur; caputque illud  
 transfixum, teloque pectus ob nos  
 tram perfidiam, cogitationes turpes,  
 & consilia non decora. Secundus  
 tomus sit mortis imago, & dura ho  
 minibus conditio: *Statutum est ho  
 minibus semel mori.* Defuncti ergo  
 calvariam habetote; quod omne,  
 & iste rigor, & supradicta proce  
 dunt ex bono consilio; & certum  
 est, quod sine Deo nil bonum ho  
 mines exequi possint.

Ordinationes Regias debet habe  
 re Advocatus, ut præcipit legislator  
*Ord. lib. I. tit. 48. §. 6.* & secundum  
 eas debemus allegare, nec ab illis  
 recedere sub pæna ibi contenta, &  
 merito; quia nostræ leges sunt no  
 bis jus commune: *Valasc. c. 103.  
 tom. I. n. 8. & per glos. verb. & in  
 cert. in c. 4. §. nos Romanor. de pac.  
 const. Pallatius in principio rubric.  
 col. 3. Abbas in c. cum nobis col. 2.  
 de elect. & in rubr. de consuet. ad fin.  
 Afflictis in prima const. Neap. q. 2.  
 ita ut ubi sunt leges Regni, cessant  
 omnino leges Imperiales, ita dicen  
 te *Ord. in 3. tit. 64. in princ. immo  
 illas**

illas vincit non tantum lex expressa;  
sed ipsa regni opposita consuetudo,  
aut stylus judicandi ex dicta lege.

- 5 Jubet etiam prædicta , quod si il-  
, Iud , de quo disceptatur , non sit  
determinatum à legibus Regni , si sit  
materia involvens peccatum, sequa-  
mur facros Canones , si non invol-  
vat , amemus tunc , & allegemus  
leges Imperiales: ergo debent Ad-  
vocati habere leges Canonicas , &  
Imperiales. Et cù n istarum defectu  
lex præcipiat sequi glof. Accursii le-  
gibus incorporatas, æquum est ci-  
temus Accursium ; & post illum , ut  
disponit memorata lex , opinionem  
Bartoli , qui vere fuit lucerna juris;  
& Magister amplissimi Senatoris  
Joannis das Regras , qui floruit tem-  
pore Joannis primi Magistri de Aviz,  
postea Lusitanæ Monarchæ poten-  
tissimi , & Iberorum terroris , quos  
cum suo Rege fugavit in magno præ-  
lio Aljubarrotæ ; & fuit primus Do-  
minus Septensis urbis. Hic Senator  
in gratiam Magistri Regem monuit,  
& hæc ordinatio est sui consilii , &  
mentis ; qua cum etiam Patriam ab  
alieno jugo illo tempore liberavit;  
Joannes enim primus meo videri tri-  
bus vicit Castellam , scilicet suis ani-  
mi dotibus , ense Nonnii , & consi-  
lio Joannis das Regras , à quo familiæ  
illustriſimæ , & Titulares hodie de-  
cendunt.

- 6 Hoc tamen , quod de Bartolo dictum manet , quem vel ideo debemus in nostris Bibliothecis habere , intelligitur secundum legem memoratam , si ejus opinio non sit reprobata à posterioribus , & de istis debemus specialiter eligere nostri Regni Authores ; ut pote qui secundum leges Lusitanas , & nostras consuetudines ex maiori parte scripserit . Leget Advocatus Barbosas , unos , & alteros insignes , Cald. egregium ; Fragosum peritissimum , Pinheirum famosum de testamentis , & emphiteusi . Macedum decis . Phæbum ,

Mend. à Castr. Ægidium. Peg. Cor-  
deir. Reynos. Themud. Gamam, Ca-  
bedum, Valascum, Gabrielem Pe-  
reir. Almeidam, & alios Regnico-  
las; qui plurimi sunt, doctrinæ ex-  
cellentis.

Advocatos nosco ingentibus Bibliothecis, ut est Dominicus de Sa, e Sylva, Franciscus da Motta, e Vei- ga, & peritissimus dominus meus Emmanuel Pinto da Sylva vir felicis ingenii, & plures alii. Multi verò paucis contenti Advocati munus exercuere feliciter, ut fuit Emma- nuel Lucas da Sylva, infinitique al- teri.

*Quisquis habet nummos, secura  
navigat aura,*

*Fortunamque suo temperat arbitrio.*

## Pulchre Ouen.

*Quis dives? Sapiens, quis pauper? Stultus, inersque.*

*Si sapio ergo , brevi tempore  
dives ero.*

*Quis sapiens? Dives, quis stultus?  
Pauper, inersque.*

*Ergo si dives non ero, stultus ero!*

De iis, qui libros necessarios non  
habent locus est *Alexand. ad Bartol.*  
*in l. Grammatic. l. 2. in fin. cod. de*  
*professor. & Medic. lib. 10. Gemin.*  
*in c. quæ ipsis 38. dist. cum Advoca-*  
*tus multis egeat libris, ut ex illis ve-*  
*riora eligat: Oldrad. cons. 84. sed*  
*non plurimi, optimi vero sunt com-*  
*parandi, ut ex Luciano, Quintilia-*  
*no, & Seneca tradit Grat. for. cap.*  
*186. n. 90.*

Ego dico libros esse valde necef-  
farios Advocatis, sed nec ideo nos-  
tra scientia postulat ingentes Biblio-  
thecas, plurimi enim libri vel tota-  
liter non sunt necessarii præcise, si-  
cut iste meus, alii sunt ab aliis ex-  
tracti ; & multi magis inserviunt  
ad ornatum, famam, nomenque  
acquirendum, non solum apud ruf-  
ticos, qui manent stupefacti, sed

quod magis miror, apud egregios, nobilesque viros in omni materia luxum amantes ob temporum infelicitatem, & injuriam. Quapropter Advocatus sapiens ut sex, dum tamen Bibliothecam ingentem habeat, valet plus, plusque acquirit quam alter sapiens ut viginti, qui tamen libris paucis lætatur: denique dixit Ouven.

*Egregios cumulare libros curiosa supplex;*

*Ast unum utilius volvere sepe librum.*

Ut verum tamen fateamur, plurimis libros habentibus in video sine peccato; & si mihi ampla essent patrimonia, Bibliothecæ magna destinarem. Sed nec ideo, quia non habeo, habentes timeo.

*Stetimus tela aspera contra contulimusque manus.*

9 David vicit Gigantem, non Saulis armis, de quibus usum non habebat, sed limpidissimis lapidibus ex torrente. Nosco Abulensem Pastorem famosum, vulgo Tostado; cuius inopia magna fuit, dum studebat, & libris propriis carens, attamen fuit futuris sæculis admirationi. Peto ego ab amicis, inimicis, & ab omnibus libros, quibus careo. Favet Cænobium S. Dominici; & vivant per plures annos Illustrissimi DD. Didacus, & Franciscus de Almeida, qui ambo libenter quo cumque peto mihi tradunt, & mandant; sicut etiam fecit Magister meus colendissimus Dominicus de Sa, e Sylva, dum eram Scholasticus, & adhuc hodie si inter nos hac urbe non esset distantia immensa, licet sit conjunctio animorum. Hæc omnia fateor; si enim solvendo non sum, fateri debeo. Ast non satis est multos libros habere, cum in comparandis scientiæ instrumentis non numerus, sed usus spectandus sit, *Plut. de educ. liber. Grat. for. c. 186. n. fin.*

10 Cura mihi ideo semper fuit com-

parare libros meliores, & illos, qui ex professo de subiecta materia scripsere, ad quod favente Deo, Virgineque Matre, nullo tempore mihi defuit præcisum, & necessarium, præter enim datum à Patre meo amantissimo Josepho Sylvio de Araujo.

*Hei mihi non magnas quod habent mea carmina vires,*

*Nostraque sunt meritis ora minorata tuis.*

*Si quid & in nobis vivi fuit ante vigoris,*

*Extinctum longis excidit omne mali.*

*Prime, locum claros Heroas inter haberes,*

*Prime, bonis animi conspicere re fui.*

Patruus etiam meus dilectissimus nobilis vir Antonius Sylvius de Araujo multis, & copiosis nummis saepe succurrit. Faciat Deus, ut illius gratia dives vivam, sæculi enim divitias non ardeo, modico contentus.

Tempus est accedere ad libros prohibitos in studentium, & legentium gratiam; & quia omnes libri cujuscumque materiæ conducunt ad jurisprudentiam, quæ est divinarum, atque humanarum rerum notitia, justi, & injusti scientia, in omnibus debet esse versatus Advocatus eo modo, quo possit, & habere de rebus divinis, & profanis sufficientem notitiam. Primo ergo generalis est conclusio, neminem posse retinere libros prohibitos, nec eos legere, sed eos statim debet sanctæ Inquisitioni presentare: *tx. est expressus in l. damnat. §. nec vero cod. de Hæretic & tales libri comburendi sunt: Calderin. de Hæret. rubr. de pænis Hæret. n. 11. in fin. Binsfeld. in comment. ad l. culp. cod. de malefic. & mathematic. in princ. late Campeg. in addit. ad Zanchin. in tract. de heret. cap. 34. Zech.*

Zech. in summa p. 1. tit. de fid. cap. 11. rubr. de hæres. n. 13. ubi ponit plures casus, in quibus retinens, & legens libros damnatos hæreticorum non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini.

12 Contra retinentes, occultantes, & non comburentes prædictos libros diversæ statutæ sunt pænae, ut mortis, capitis deportationis, & abscissionis manus, ut bene declarat Simanch. Catholic. instit. tit. 38. rubr. de libr. n. 26. & est pæna confiscationis bonorum: tx. in l. damnat. in fin. cod. de hæretic. Est etiam excommunicationis pæna ex Bulla Pii quarti, de qua Pegr. post direct. Inquisit. inter literas Apostolicas fol. 168. & incipit, Dominici gregis; & fuit edita anno 1568. de qua etiam mentionem facit Decian. in tract. criminal. lib. 5. c. 46. n. 30. Est etiam pæna deportationis, & abscissionis manus: Simanch. Catholic. instit. tit. 38. rubric. de libris n. 26.

13 Nolo tamen ulterius in hoc vagari; qui enim cupit ex professo icire de libris prohibitis prohibitio nem cum omnibus ampliationibus, & limitationibus, potest legere dictum Farinacium tom. de hæresi q. 180. ubi bene præsentem materiam absolvit; & quando legi possunt declarat, præcedente licentia summi Pontificis. Demptis ergo talibus libris, omnes alios in tua Bibliotheca, Advocate, habere sinam, libenterque sic laudabo, nullus enim liber est, in quo aliquod jucundum, & aliqua peculiaris sententia non inveniatur, & omnes Authores regulariter amandi, dat enim quisque quod habet; & stat suum cuique honoris, nomenque. Si autem vis cognoscere nomina hæreticorum, qui præteritis sæculis extitere veluti canes horrendi, lege Josephum Mariam de Turre Ordinis Prædicatorum grande de-

cus in instit. ad Verbi Dei scripti intelligentiam tom. 4. ubi feliciter, & ingeniose: Odi profanum vulgus, & arceo.

## SUMMARIUM CAPITIS XVIII.

- 1 *Judicium proponitur illorum, qui absolute, & sine distinctionis fædere stant firmi pro Advocatis antiquis, & despiciunt Juvenes: Falluntur in hoc Patroni antiqui.*
- 2 *Promittit Author in hoc capite dicere sine affectatione.*
- 2 *Sunt multi Advocati antiqui, qui sola fulgent senectute. Decisiones aliquas, & axiomata sine distinctione venerantes reprehabantur; puerique vocantur.*
- 4 *Fatui sunt qui ingenium probant ut vinum. Pulcherima de hoc authoritas Divi Hieronymi in medium adducitur: Horatii etiam carmina ad intentum referuntur; & quo Judice antiqui sape sapius erravere: Qui ita intelligit, aequo Jove facit.*
- 5 *Seneca Philosophus pro juvenibus stat: Senis Advocati amplitudo non debet terrere juvenem Advocatum. Virgilius memoratur, Ovidius, & Severus: Ponitur dictum Claudit Imperatoris.*
- 6 *Principes Ecclesiarum Apostoli supergressi sunt scientie apicem, & supra posteriores sunt. De alteris loquentes, in quamcumque facultate, plurimi Juvenes de facto superarunt antiquos. Fit mentio Justini, Athanasii, Origenis, & Hippoliti.*
- 7 *Refertur authoritas Divi Hieronymi, nec non & Divi Augustini. Notabilis Divi Cypriani error exponitur in errantium aliquando solatium.*

- 8 Locus Apocalypsis declaratur à Ruperto. Magisterium magnum Apostolorum fuit.
- 9 Laudantur sacrae Religiones, quarum unaquæque semper, ac omni tempore floruit clarissimis viris, ac excellentis Doctrinæ juvenibus; quod etiam hodie notatur.
- 10 Pauli Burgensis sententia de hoc. Non dubitavit laborare post Lyrensis postillam.
- 11 Idem accidit in nostra Jurisprudentia. Si Juniores scribunt in sacra Theologia, quæ dignior est, cur non in materia juris? Semper fuere Advocati Juvenes præstantissimi.
- 12 Advocati antiqui magnitudo comparatur Poliphæmo. Juniores maiori memoria, ingenio, & capacitate possunt acquirere Juris scientiam minori tempore, ac ita fieri æquales, & sæpe maiores. Juris studium debet esse indefessum.
- 13 Advocati antiqui sunt vexati, ac omnibus causis satisfacere quasi non possunt: Juniores maiores habent curiositatem. Damnatur extensio, & confusio.
- 14 Scientia non jacet in lecto, nimirum acquiritur labore. Advocatus Junior, & sapiens melior est.
- 15 Advocati nihilominus Juniores debent vereri senes. Memoratur pugna Entelli, & Daretis. Entellus representat senem Advocatum, Dares autem juvenem.
- 16 Quandoque à senibus superantur Juvenes. Attamen si senes doctissimi Advocati sint, non est ignominia vinci. Diserta responsio Pori ad Alexandrum hic impingitur. Parum interest vicece Advocati armatum calatum, si Iudex non vult. Carmina hic posita ad venustatem conducunt, ac ad rem alludunt.
- 17 Avaritia damnatur, & justitiae

- contraria proponitur, inimica diligentia, rationis, & pietatis: Ex donis plurima mala insurgunt.
- 16 Plus habentis victoria est, & non plus iuris habentis; si Iudex, aut Advocatus contrarius malus est: Superari ratio à plus pecuniæ habente poterit ita, quod Deus avertat.
- 19 Æstimatio antiquitatis, & senectutis debet provenire à ratione. Pulchra hic Lactantii verba.
- 20 Tertulliani verba ad intentum nimis conducentia.
- 21 Prudentii prudentia verba, & elegantia carmina etiam ad rem.
- 22 Qui pro antiquorum parte acerrime stant, Advocatum juvenem vocant confusorem litium. Senes affirmant raro errare e iam sine revolutione librorum. Medicus novus homicida ab ipsis proponitur, novellus, Patronus confessor; & veluti venenum litium, ac causarum.
- 23 Memorantur authores, qui juvenes Advocatos defendunt acerrime. Dictum Catonis.
- 24 Senes deliri, tardi, obtusi. Conducit doctrina Divi Pauli, & Divi Chrysostomi. Mens dat senium hominibus ex Aristotele: temere seues negotia suscipiunt. Laudantur Juvenes, ubi multa utilia invenies. Diligentia est mater artium, negligentia noverca.
- 25 Senectus non est annorum numero computanda, debet amari cum delectu, & moderate. Verba hic Divi Bernardi. Soli senes docti, & boni laudandi, perendique Advocati. Vani sunt, qui ad annorum solum numerum attendunt, quin ulterius doctrinam querant.
- 26 In Dignitatibus, & honoribus antiquior præfertur: Quando vero juvenes sunt excellentiores, senibus

*senibus procul dubio præferendi sunt; & late probatur. Ponam hic Egigramma valde ad rem conducens, & à me factum:*

## Epigramma.

*Quid numeras annos? poteris matu-*

*rior annis*

*Vivere; facta etenim sunt nume-*

*randa tibi.*

*Acta senem faciunt: vivit sapientia*

*tecum,*

*O juvenis? Grandis diceris ecce*

*senex!*

C A P U T XVIII.

*Quis sit quærendus, Advocatus an-*

*tiquus, an Juvenis? Aliter: Me-*

*lior anne umbra senis annis, &*

*experientia versati?*

**I** Sque ad raucedinem clamitant aliqui pro antiquitate Advocatorum, quos senes eligendos affirmant, juvenes abhorrendo penitus, quasi periculorum sit talibus Patronis litigare, quos vel quia imberbes, pinguis Minervæ esse ex abrupto judicant. Excitant hos clamores aliqui Patroni exercitio antiqui, qui vel sic suam conantur vendere senectutem, & canitiem. Juniores improbant veluti ignavos, & loquaces; & non satis prudentes iterum arguunt, à nobis quotidie nova emergere, antiqua pessundari dogmata, & leges, compescendam nostram nimiam licentiam, cum solos ipsos venerari nobis fas esset, vel eorum vestigia adorare.

*Vive diu, nec tu divinam Æneida*

*tenta,*

*Sed longe sequere, & vestigia sem-*

*per adura.*

**2** Ego, ut verum fatear, suppono primo in hoc me non esse suspicuum; licet enim juvenis sim, nec ideo contra senectutem absolute stabo. Et si contra illam decidam, quid mihi si Deus largiatur annos? Pro-

feram nunc quod postea non placet? Dicam veritatem, neque enim umquam locutus ad libitum, sed secundum intellectuale placitum.

Nosco ego Advocatos antiquos, qui præter senectutem, albosque crines nihil ulterius possident. Isti generalibus pollent doctrinis, venerantur axiomata, quæ non distinguunt, & aliquibus decisionibus parati putant se ipsam Jurisprudentiam à radicibus eleganter callere, & fluviis exhaustire. Pueros ego vocarem.

*Claudite jam pueri rivos, sat*

*prata biberunt.*

Isti senes impertinentes, & fatui probant ingenium, quasi vinum probare solent, ut advertit meus D. Hieronymus *apolog. ad Ruffinum*, contra quem ipsam scripsit, ut ibi.

*Periculorum opus certe, & ob-*

*trecentorum latratibus patens, qui*

*me afferunt in septuaginta Inter-*

*pretum sugillationem nova pro*

*veteribus cedere, ita ingenium,*

*quasi vinum probantes.*

Lege Horat. lib. 2. Epist. 2. ibi.

*Si meliora dies, ut viva, poemata*

*reddit,*

*Scire velim pretium chartis quo-*

*tus arroget annus?*

*Scriptor ab hinc annis centum, qui*

*decidit, inter*

*Perfectos, veteresq[ue] referri de-*

*bet, an inter*

*Viles, atque novos?*

Certum est antiquos etiam sæpe sæpius errare, ipso Horatio teste:

*Si veteres ita miratur, laudat-*

*que Poetas,*

*Ut nihil anteferat, nihil illis com-*

*paret, errat.*

*Si quædam nimis antiquè, si ple-*

*raque dure*

*Dicere credit eos, ignavè multa,*

*fatetur:*

*Et sapit, & tecum facit, &*

*Jove judicat aequo.*

Seneca Philosophus aperte stat

5  
pro

pro junioribus in Epist. 33. & in Epist. 64. ait multum adhuc reitare operis, nec ulli nato post mille secula præcludi occasionem aliquid adjiciendam, licet enim multa egerunt senes, qui ante nos fuerunt, atque agant, qui de præsenti vivunt, certe omnia non peregerunt. Quid ergo prohibet juvenes Advocatos posse tradere allegationibus multa, quæ vel ipsi senes procuratores non tetigere? Ideo nos deterrere non debet senis amplitudo, advocatiique antiqui superbus faustus; crescit enim in dies scientia, & inventis inventa non obstant. Æthnam Virgilius impleverat, sed hoc non obstat, quominus ipsum postea tractaret Ovidius: nec uterque deterruit Severum. Aristotelem in philosophicis disciplinis facile principem non avertit ab scribendo Platoni amplitudo, immo potius quadam admirabili copia cæterorum studia restinxit. Et faciunt Claudi Imperatoris verba apud Tacitum lib. 11. cap. 8. ibi. Patres conscripti, quæ nunc vetustissima credunt, nova fuere: plebei Magistratus post Patrios: latini post plebeios: cæterarum Italæ gentium post latinas: in veteras rascet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.

6 Soli Ecclesiarum Principes, & Apostoli supergressi sunt scientiæ apicem, & nemini deinceps fuit datum scandere ut bene suar. de fide disp. 2. sect. 6. Valent. tom. 3. disp. 1. q. 1. punct. 7. Tanner. tom. 3. disp. 1. q. 1. dub. 7. prætermisso itaque Christi Discipulatu, si de illis sermo texitur; qui post Apostolorum ætatem docere cæperunt, quales Justinus, Athanasius, Origenes, Hypolitus, & quæ secuta est per singulas generationes pulcherrima legio, de nemine autem speciatim judicantes, dum tamen de tota completione loquamur, statuere possumus in non nullis veterum præstâ-

tissimos superari à junioribus; de facto enim multa assecuti sunt nepotes omni commendatione dignissima, quæ priscorum indagationi latuere.

Et facit ad hoc authoritas D. Hieron. qui adversus Joannis Hyero-slimitani errores Epist. ad Theophil. sic ait: *Scio me aliter habere Apostolos, aliter reliquos Tractatores; illos semper vera dicere, istos in quibusdam ut homines errare.* Idem probat. D. Aug. Epist. 111. ad Fortunatian. atque idem lib. 1. de Baptism. contra Donatistas tom. 7. cap. 18. loquitur de celebri rebaptisandorum Cypriani errore, ut ibi. *Quod non recte fieri tanto viro, nimirum propterea Dominus non aperuit, ut ejus pia, & humilitas, & charitas salubriter Ecclesiæ patesceret, & non solum istius temporis Christianis, sed etiam posterioris ad medicinalem, ut ita dicam, notitiam signaretur.*

Rupertus ad verba illa cap. 11. Apocal. Et datus est mihi calamus similis virgæ, sic ait: *Calamus similis virgæ facultatem scribendi significat cum magisterii auctoritate, & sunt, vel fuerunt aliqui, quibus calamus datus est, sed non cum illa magisterii dignitate, ut de nulla illorum sententia, sive dictione liceat cuiquam Ecclesiastico dubitare; hoc namque magisterium tantummodo & Apostolorum est, & illis solum hac virga data est.*

Unaquæque Religio sacra habuit omnibus ætatibus viros adeo eminentes, ut multis superarent antiquos. Juvenes etiam Religiosos nosco Philosophia, Theologiaque versatos senioribus non secundos. Quid ergo vetat existere juvenes Advocatos, qui possint vel aliquos antiquos docere? Plurimos ego hac tempestate nosco; me tamen omnibus secundum.

Paulus Burgensis prologo suarum additionum, propterea laboratum afferit

asserit à se post Lyrensis pōtillam: *Quia nullum opus humanum adeo perfectum est, quin ei superaddi aliquid posset, & de sola Scriptura divina scriptum est, ne addas quicquam verbis illius.* Semper enim Junioribus aliquid restat ad dicendum, ut bene Chrysostomus homil. 21. in Genes; atque homil. 23. in Acta apostol. ibi. *Abyssus questionum Scriptura est, quoniam questionum nullus erit finis: ecce enim si hanc solvero, acervos ostendam questionum.*

11 Hæc, proportione debita, contingunt in nostra Jurisprudentia, cui semper à junioribus aliquid additum est, & semper fuerunt juvenes prætantissimi Judices, & Advocati, qui antiquos mortuos, senesque vivos superavere; & quæ supradicta sunt in exemplum, authoritatemque magnam trahuntur; cùm enim Juniores in maiori scientia, quæ procul dubio est Theologia, possint de novo dicere, quanto fortius nos in scientia Juris? Itaque non est semper recurrendum ad antiquitatem absolute, ac ad senis umbram aliquando vanam.

12 Fateor Advocatos antiquos esse multos excellentes, & insuperabiles Poliphemos; sed hoc non habent præcisè ex antiquitate, quod enim vetat juniores paucis annis comparare quæ illi sunt acquisiti, si forte maiori memoria, ingenio, & capacitate juvenes fruantur, quibus addant maiorem laborem, indefessumque studium?

*Multa tulit, fecitque puer, sudavit, & alsit.*

Accedit, quod Advocati antiqui sunt multo labore vexati, & plurimis, ac infinitis causis gravati, & *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*

Centimanos illos voco Briareos, qui centum manibus causas accipiunt, & postea summis digitis quæstiones

tractantes, plura omissunt, quæ ad rem conducunt. Juniores inde fesse summa curiositate, ac diligentia materiam absolvunt. Scio quandoque ad non necessaria calamum extendere, & allegationes præsentare quasi volumina, quibus Judices graviter molestant, ac tempus terunt inutiliter. Quod tamen superabundat plerumque non nocet, & ex illa antiquorum brevitate oritur illud:

*brevis esse labore  
obscurus fio.*

Advocati antiqui multum somno indulgent ob annorum gravitatem, morbosque studio acquisitos, &

*Non jacet in molli veneranda  
scientia lecto,*

*Sed tamen assidue parta labore  
venit.*

In hoc non potest regula constitui certa, sed ego certe meis causis Advocatum vellem juniores sapientem, his enim magis cordi est famam, bonumque consequi nomen, ac vincere contrarios, clientulosque latos conservare bono omni, bonisque avibus.

Memento tamen, nove Advocate, vereri senes; bos enim lassus fortius firmat pedem, & recordare illius Troiani Daretis, qui licet juvenis fortissimus.

*Nec mora continuo vastis cum  
viribus effert*

*Ora Dares, magnoque virum se  
murmure tollit.*

*Solus qui Paridem solitus contende contra,*

*Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector.*

*Victorem Buten, immanni corpore  
(qui se*

*Bebrycia veniens Amyci de genite ferebat)*

*Perculit, & fulva moribundum  
extendit arena.*

Attamen postea ab Entello sene superatus fuit.

Tum pudor incendit vires , &  
conscia virtus,  
Precipitemque Daren ardens agit  
equore toto,  
Nunc dextra ingeminans ictus,  
nunc ille sinistra.

Et postea.

Ast illum fidi & quales genua agra  
trahentem,  
Factantemque utroque caput ,  
crassumque cruorem  
Ore ejectantem, mixtosque in  
sanguine dentes  
Ducunt ad naves, galeamque,  
ensemque vocati  
Accipiunt, palmam Entello tau-  
rumque relinquunt.

16 Sic nos quandoque a senibus, præ-  
tantisque doctrinæ Advocatis su-  
perati à campo litis discedimus  
inglorii: Numquam tamen me pu-  
det, si Aeneas alicujus magni dex-  
tra cadam, neque enim sic parum  
felix ero, secundus ipsi, ut Porus  
ille magnus Indorum Rex respon-  
dit triumphanti Alexandro; & non  
est nobis datum semper hostes ster-  
nere; & quamvis sternamus, Judex  
fortasse non credat; & si ita sit, so-  
lum gubernet Aeneas, Tu ne velis  
esse Palinurus.

Famque adeo scopulos Sirenum  
advecta subibat  
Difficiles quondam, multorumque  
osibus albos,  
Tum rauca assiduo longe sale saxa  
sonabant.  
Cum pater amissso fluitantem erra-  
re magistro  
Sensit, & ipse ratem nocturnis  
rexit in undis,  
Multa gemens, casuque animum  
concussus amici  
O nimium celo, & pelago confise  
sereno,  
Nudus in ignota Palinure jacebis  
arena!

Certe non fuit confisus Palinurus,  
ut superiora carmina ostendunt  
Mene salis placidi vultum, flu-

ctusque quietos  
Ignorare jubes, mene huic con-  
dere monstro?

Sed avaritia lethæo rore maden- 17  
tem ramum super utraque quassavit  
tempora, & vi stigia soporatum;  
quod enim non potest ratio, & pie-  
tas, consequitur donum elegans, &  
disertum præ cunctis hominibus.

Si te nulla movet tanta pietatis  
imago, 61407

At ramum hunc ( aperit ramum  
qui ueste latebat )

Agnoscat, tumida ex ira tum cor-  
da residunt.

Quis potest ( poterunt omnes ) 18  
intelligere, intelligat; sunt enim  
ubique multi boni, & multi mali;  
& qui pugnat ramis monstruosior  
est:

Trunca manum pinus regit, &  
vestigia firmat:

Lanigera comitantur oves, ea  
sola voluptas

Solamenque mali, de collo fistu-  
la pendet.

19 Antiquitatis ergo, ut ad dicta  
redeamus, & senectutis ea est ha-  
benda estimatio, quæ à ratione pro-  
cedat, ut bene Lactant. lib. 2. Ins-  
tit. cap. 8. ibi. Nec quia nos illi tem-  
poribus antecesserunt, sapientia  
quoque antecesserunt, quæ si omni-  
bus æqualiter datur, occupari ab  
antecedentibus non potest, quare  
cum sapere, id est veritatem quære-  
re omnibus sit innatum, sapientiam  
sibi admunt, qui sine ullo judicio  
inventa maiorum probant, & ab  
aliis pecudum more ducuntur.

Optime etiam Tertullianus ad 02  
Ethnicos Apologet. cap. 4. ibi :  
Nonne & vos quotidie experimentis  
illuminantibus tenebras antiquita-  
tis totam illam veterem, & squallen-  
tem Sylvam legum novis principa-  
lium rescriptorum, & edictorum  
securibus truncatis, & ceditis? Quot  
ad hoc vos repurganda leges latent,  
quas neque annorum numerus, ne-  
que

que conditorum dignitas commendat  
sed aequitas sola?

- 21 Hæc de nobis dicta sunt, sicut etiam Prudentius lib. 2. contra Symmachum ibi.

*Quid mihi tu ritus solitos, Roma-ne Senator,*

*Objectas, cum scita patrum, po-pulique frequenter*

*Instabilis placiti sententia flexa  
novarit?*

*Nunc etiam quoties solitis decede-re prodest,*

*Præteritosque habitus culto dam-nare recenti?*

- 22 Nihilominus instant acerrime multi pro antiquitate, neque cedere nobis sciunt: Advocatum juvenem vocant confusorem litium, *ex glos. in l. cum ea cod. de transact. Nevi-san. in Sylv. nuptial. lib. 5. n. 6.* & ibi addit (quod mihi mirum erit æternum) quod senes etiam sine re-volutione librorum raro errant: late *Bolognet. in repet. auth. cod. ne filius pro patre Mer. p. 2. collat. 6. cap. 17. de professor. Jurisperit. & Medic. n. 9. Oliban. de act. p. 1. lib. 1. cap. 11. n. 31.* & sic passim clamat. *Ne confidas in medico novo; quia est homicida, neque in Advoca-to novello, quia est confusor litium.*

- 23 Pro juvenibus autem respondet Augustin. Morl. p. 1. empor. jur. tit. de Legib. in princ. cap. Cevall. com-mun. contra communes in prefat. à n. 93, & facit illud memoratum Catonis.

*Fac, tibi succurrat juvenis.*

- 24 Interea tamen liceat deliris seni-bus delirare, qui tardi quandoque sunt ad percipiendum, memoria deficiunt, & obtusum sensum habent, ut eleganter vitia senectutis describens ostendit D. Chrysostom. in E-pist. S. Pauli ad Titum homil. 4. Et ut dicit Aristotel. lib. 2. politicor-sicut corpus, sic etiam mens ho-minibus suum dat senium, ideo temere suscipiunt negotia, dirimunt,

& definiunt; & contra illos acriter exclamat Bovalil. in politic. tom. I. lib. I. cap. 7. n. 12. Juvenum autem ingenia laborem, & diligentiam, ac ut diximus, gloriæ cupiditatem ex-optant: cautos ergo senes volo Ad-vocatos, ne nos quandoque juve-nes irritent, aut negligant; habemus enim leges, & jura in promptu tam-quam noviter ex studii fornace edu-citi, argumento c. liquido de cons. dist. 2. & qui tamquam nimiæ gloriæ amantes fervemus nimia diligentia in vincendo; cum ipsi antiqui sint saepe remissi: & diligentia est mater omnium artium, negligentia autem noverca est eruditionis: cap. nibil 83. dist. Neque, vos amplissimi se-nes, raucique causidici, cum homi-ne, sed cum causa disputatis. Ne vero solum nostris expectetis ab an-nis.

Senectus ergo venerabilis est, non 25 diurna, neque annorum numero computata, amandaque est cum de-lectu, & moderate, ut illustrat D. Bernard. Epist. 253. ad Abbatem Gar-rinum Alphensem; & facit Moysis Abbatis declaratio apud Cassianum coll. 2. de discretione cap. 13. ibi: *Divitiae enim senum non sunt canitie capitum, sed industria juventutis, ac præteriorum laborum stipendiis metienda: senectus enim venerabilis est, non diurna, neque numero an-norum computata; & idcirco non em-nium seniorum, quorum capita canities tegit, quosque vitæ longævi-tas sola commendat nobis, sunt imi-tanda vestigia, vel sectanda, seu tra-ditiones, ac monita suscipienda, sed eorum, quos laudabiliter vitam suam, ac probatissime comperimus in juventute signasse; nec præsump-tionibus propriis, sed maiorum tra-ditionibus institutos; sunt enim non-nulli, qui in tempore suo, quem ab adolescentia sua conceperunt, atque ignavia senescentes autoritatem sibi, non maturitate morum, sed anno-*

rum numerositate conquerunt.  
26 Hinc est, quod licet in Dignitatibus, & honoribus antiquior præfatur, ut ex l. fin. cod. de Tyronib. lib. 12. l. semper ff. de jur. immunit. c. 1. de maiorit. & obed. c. statuim. 6. dist. 24. Boer. tit. de custod. clav. n. 53. hoc limitatur, quando Juniores excedunt antiquiores: Bartol. in auth. de Monach. §. ordinat. n. 4. ubi glos. verb. temp. & ibi colligit argumentum pro Doctoribus juvenibus, ut proferantur antiquioribus, quando juvenes sunt excellentiores; & sequitur Angelus Romanum allegans, & ex glos. in l. 1. cod. de annon. civil. lib. 11. Valenc. tom. I. conf. 34. n. 57. & senior dicitur, non tam ætate, quam sapientia, ut cum infinitis resolvit Fabius de Annon. conf. 40. n. 20. & seq. & ideo idoneus magis proferendus est, quam antiquior: Ferret. conf. 240. n. 6. tom. 2. Bartol. in l. 2. §. si prius n. 6. ff. de vulgar. & pupill. substit. Abbas in c. Cleric. de iudic. per l. honores princ. ff. de decurion. & in l. unicuique cod. de proxim sacror. Scrin. lib. 12. & hæc est conclusio, quam alta mente repostam tenebis.

## SUMMARIUM CAPITIS XIX.

1 Materia precedentiarum est maxima ponderationis: In audiencias postulare quasi recessit ab aula: Advocati per legem Lusitanam debent frequentare audiencias.

2 Pauci Advocati convolant hodie ad audiencias; Reprobatur audacia aliquorum Advocatorum, qui despiciunt illos, qui audiencias frequentat. Honos audienciarum crescit Advocatis. Judices in audiencias debent distinguere Advocatos ab Advocatis, onnes tamen honorare. Multi Advocati

ti poterant esse Judices, & nolunt.

3 Boni Juvenes Advocati frequenter audiencias. Laudatur Josephus Morenus Bravo. Lex Lusitana de praecedentiis in ordine ad loquendum hic est posita.

4 Non comprehendit ista certos Advocatos, de quibus hic. Laudatur Noutelius de Carvalho Brandaõ, & Emmanuel de Tavora Correa. Lex generalis non attingit eos, qui sunt altioribus privilegiis induti. Advocati Domus supplicationis antiquiores prius loquuntur, licet ad audiencias pervenerint post noviores, hocque ex vi Extravagantis, de qua hic.

5 Distinctio aliquorum Judicium forsitan volentes concordare legem, & Extravagantis dispositionem. Alius Prætor indistincte Advocatos antiquos prius audiebat. Stylus, aut consuetudo non potest prevalere contra legem. Inferior non potest disponere contra legem superioris. Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: Distinctio saepe non est tuta; licet bonum sit distinguere frequenter.

6 Advocati Curiales debent loqui prius aliis, qui non sunt ex numero, licet isti antiquiores absolute in officio existant. Juvenis Curialis debet precedere senem non Curialem: Maior honos Advocatis Curialibus debetur. Doctor prius dignitatem Doctoratus adeptus prefertur primo Licentiato. Aliter si Licentiatus insignia pertendebat jam. Doctor in Academia praecedet in Audiencias Advocatos antiquiores, minime Curiales.

7 Fisci Advocatus prefertur inter alios. Eligi debet ex præstantioribus; & est spectabilis. In Lusitania dantur duo Regii Procuratores

ratores Senatores amplissimi ; unus Regiae Coronæ dicitur , alter Regalis patrimonii .

8 Doctores scribentes de præcedentiis memorantur . Advocatus minor ordine , sed maior administratio nis prefertur . Inter Advocatos ordo promotionis gradus observandus est .

9 Junior Advocatus secundum aliquos debet in consilio prius vovere . Sedere ad dexteram est magis honorificum . Advocati debent prius loqui , & postea Justitia solicitator . Lex probans hoc exponitur , & ita judicatum traditur .

10 Observari ita debet , & contrarium descendit ex corruptela . Processus debent publicari in audientiis civilibus , & criminalibus , & ex contrario damna provenire possunt .

## C A P U T X I X .

## De præcedentiis Advocatorum .

I Nvitus sane de præcedentiis ago ; non quia hæc materia sit inanis , ( nosco enim esse summæ considerationis omnes causas , quæ ad honorem , decusque pertinent ) sed quoniam omnis quæstio , sublato laudabili usu advocandi in audientiis , per consequentiam recessit ab aula . Nostra Ord . lib . 3 . tit . 19 . § . 2 . sic disponit .

E nas Casas da Supplicação , e do Porto hiraõ todos os Advogados dellas ordinariamente às Audien cias ; e aos que a elas não forem não se farão procuraõens , nem se rão recebidos artigos , nem razões , nem petiçãoens feitas por elles em feitos , nem em casos alguns , que nas ditas Relaçoens pendaõ .

2 Hæc Ordinatio hodie non habet observantiam , neque Advocati au-

dientias illas frequentant ; & rarus eit , qui ad illas convolat , exceptis aliquibus , qui volunt acquirere clientes , & practicam audire . O si omnes eas frequentarent , folique Advocati in ipsis postularent ! Quantus honos muneris ! Quantum decus Judicibus , Patronis incrementum ! Quanta partibus utilitas ! Videant boni Judices ; ad me enim non spectat hoc decidere ; scio tamen legem esse justam , & bonam . Immo adeo crevit audacia multorum Advocatorum , quod alios tumidi despiciant , & paucos , qui legem observant ; dicunt enim ideo tendere ad audientias , quia non habunt clientes , & tales Judices adeentes appellant veluti mendicantes . Attamen Emmanuel Lucas da Silva grandis nominis Advocatus usque fere ad ultimum spiritum in audientiis eleganter postulavit . Hinc descendit consuetudo , quod fideles scribarum regulariter mane petunt , dantque processus , & non vespere , supponunt enim in audientiis occupatos Advocatos ; quæ quidem audientiæ fere vespertinæ sunt . Ego veneror observantiam Advocatorum audientias amantium , proque partibus in illis postulantium . De me testor illas non frequentare de præsenti , sed non sine dolore . Causa tamen mihi est ; quia videbam aliquos Judices tumidos , & ut ita dicam insolentes , qui nostrum munus non venerabantur eo modo , quo deberent , immo utebantur aliquibus verbis non decoris , & verbo Lusitano vòsse loquebantur quandoque , licet erga me non experirer . Quia tamen muneris mei decus perdere non vellem , neque injuriam sustinere gradi faciam , ne mihi quid tale accideret , prudenter recessi ante iētus . Judices debent distinguere Advocatos ; totum auditorium cognoscere , attendere ad Patronorum scientiam ,

cientiam, nobilitatem, præcipueque ad mores; & multi apud illos postulant, qui etiam super cathedram sedere poterant; & si non sedent, potest esse ob temporum injuriam, aut quia non omnes possunt esse judices; aliquique advocandi munere sunt contenti.

- 3 Quia ergo adhuc hodie aliqui in audientiis apparent, & semper existent boni nominis Juvenes, qui illis dent operam; sicut dedit Josephus Morenus Bravo secundum meam (quæ aliquando optima esse solet) opinionem nulli Advocato secundus, & cui ego meam vitam, bonaque soli defendenda committerem, si forte indigerem, (excepto semper, quod ille doctus libenter finet, Magistro meo colendissimo Sa Sylva) patrimoniumve haberem, in aliquorum beneficium scribam aliquid de præcedentiis Advocatorum. Neque ego ire ad audientiam semper recusabo; si enim opus fuerit, libenter ibo, quidquid severi clamant Catones, quos ego bene nosco, meque etiam.

Nostra ergo *Ordinatio d. tit. n. I.* disponit ibi.

*E os Advogados, que primeiro forem ás Audiencias, fallarão primeiro, posto que os que depois delles forem sejaõ mais antiguos, e estejaõ presentes.*

- 4 Ad cujus legis intelligentiam notabis ipsam non comprehendere privilegiatos, veluti Advocatum Regium, confraternitatis Misericordiæ, (qui hodie est bonus senex Noutelius de Carvalho Brandaõ) ac Redemptionis Captivorum (qui est hodie Emmanuel de Tavora Correa vir decori nominis) lex enim generalis non attingit eos, qui sunt altioribus privilegiis induti: *l. unic. §. si quæ vero cod. de justin. cod. confirm. l. 3. cod. de silent. lib. 12. glos. in cap. unic. verbo consuetud. de Capel. Monach. Surd. d. 323. n. 6.*

*noster Barbos. in suis remission. hic.)* At Extravagans reperitur in libro Relationis, qua præcipitur, quod Advocati Domus Supplicationis antiquiores prius loquantur, & audiuntur in auditoriis supremi senatus licet ad audientias pervenerint post noviores Patronos.

Aliqui Præsides Curiales causarum Civilium, ut refert *Cof. annot.*

*17. de Advocatis*, in hoc medium amplexi sunt antiquitus. Itaque secundum istos, qui perveniebat ad publicationem processuum in initio audientiæ prius loquebatur; licet Junior: at vero post publicationem antiquitati simpliciter deferebant audientes antiquiores Advocatos, quo stylo utebantur, excepto Ignatio Collasso de Britto, qui indistincte Advocatos antiquiores prius audiebat, observans Extravagantem; & pro hac parte judicatum tradit *Cof. ubi supra n. 35. & n. 33.* antea dederat rationem; quia stylus, aut consuetudo non potest prævalere contra legem; & quia, ut *n. 34.* exponit; inferior non valet quidquam disponere contra legem superioris: *Afflict. d. 283. Gam. d. 354. n. 1.* & ego adderem; quia ubi lex non distinguit, nec nos distingue re debemus, ut est tritum, vulgare, lippis, & tonsoribus notum: ergo male distinguebant Prætores; & dum fortasse accedere per distinctionem ad veritatem conabantur, magis erant remoti ab illa: neque semper distinctio est amica veritati, aliquando solet esse valde inimica, quod notent Judices, & Advocati, & ita quofo.

Ego censeo Advocatos Curiales, & Domus supplicationis debere loqui prius aliis, qui non sunt ex dicto numero; licet ultimi sint antiquiores in officio: unde procul dubio Juvenis Curialis debet præcedere senes alioquin etiam Advocatos. Maior enim honos Curialibus certe debetur;

debetur; ac ita practicatur. Et quod Doctor prius dignitatem Doctoratus adeptus præferatur primo Licentiatu affirmativa concludit *Treccia in tract. de subfeud. tit. quis sit Dux n. 41.* Sed si Doctor creatus fuit, dum Licentiatus pertendebat insignia, negative resolvit *Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. p. 45. Lupus in rubr. c. per vestras §. 38. de donat. inter vir, & uxor.* Quæres utrum si in Universitate creatus Doctor, tendat ad audientias Advocatus, sit aliis præferendus, alioisque indistincte præcedat? Minime dicerem, si cum clarissimis Curialibus sit controversia, quia Curialis, ex Domo, & ex numero præcedit audienciam Doctorem; cuius proprius locus est in Academia, qua Curialis non sedet, & cuius est hic locus. Aliter: Advocatus Curialis est Domus supplicationis; & non Doctor: cur ergo præcedet hospes? Erit ex urbanitate, si Curiales velint, non ex rigore justitiae. Alios vero non Curiales Advocatos, sed solum formatos præcedet noster Doctor ob prærogativam Doctoratus; & ut præmium sua profusa pecunia consequatur, laboribusque.

<sup>7</sup> Fisci tamen Advocatus præfertur inter cæteros: 1. 2. in fin. cod. de *Advocat. divers. judic. 1. jubemus, & l. restituenda §. 1. in verbo primaribus cod. eod. tit. Cassan. in Catalog. gloriae mundi p. 7. consid. 33. & 39. Rebuff. in concordat. rubric. de elect. derog. in verbo *Advocatum privil. 20.* Is eligitur, seu potius eligi debet ex præstantioribus, & specialia privilegia mereatur: 1. binos, & ibi Bald. cod. de *Advocat. divers. judic. Peregrin. de jure fisci lib. 7. tit. 2. de Advocat. fiscalib. n. 12. & 15. & spectabilis dicitur: l. in sacris 3. §. modum cod. de proxim. sacror. scrin. lib. 12. & in §. vetus in auth. de judic.* In Lusitania datur Procurator Regiæ*

Coronæ, & Procurator patrimonii regii his urbibus, qui sunt Senatores amplissimi ab Advocatis distincti, & quorum vestigia nobis venerari licet. Habet etiam Rex noster invictissimos duos Advocatos, quos temporibus proximis elegit, & quibus largos dedit sumptus, quorum unus Josephus Correa Barreto vir egregius est, & alter doctissimus etiam.

Complures causas præcedentiarum scribit *Lara de annivers. lib 1. cap. 24. à n. 18. Tiber. Decian. cons. 21. vol. 1. Menchac. controv. illustr. in præfat. Castill. de tertiiis cap. 41. à n. 37. Multa de præcedentiis DD. tractat Boer. in tract. magni Consilii à n. 88. Cassan. ubi jam eum allegavimus consid. 37. cit. quod Advocatus minor ordine, sed maior administratione in loco administratioñis præfertur, certum est, & ita servatum tradit in famosis Curiis Civitatis Barcinonensis doctissimus Xamar de offic. Advocat. p. 2. q. 2. n. 46. & n. 41. tradit quod inter Advocatos ordo promotionis gradus observandus est: facit l. 1. & ibi Bartol. cod. de consul. Ursil ad Afflict. d. 1. n. 18. & n. 13.*

An in consilio junior Advocatus debeat prius vovere, & reservare postea decisionem antiquioribus? Dicunt aliqui, & concludunt, ut videre est apud Roman. sing. 82. *Tirachel. de jure primogenii in præfat. n. 114.* & dicunt Advocatum juvenem coram Judice prius debere loqui: *Afflict. d. decis. 1. & ibi Ursil num. 17.* Sed nostri loci non est hæc consuetudo: utinam nullibi ea sit, qua ambo juncti loquantur, & strepent clamoribus, actionibusque, & argumentis ridiculis; quos Judex bonus æternum non audiat, sed nimis increpet, vel rejiciat! Notabis etiam, quod sedere ad dexteram est magis honorificum: *Avendan. de exequend. mandat. cap. 16. n. 15.*

Nota-

Notabis ulterius me videre in Ordinatione clarissimi Pegas ab illo scriptum hoc, quod nostro Sermonc profero, & prout erat. O solicitor da justiça estava em posse de falhar primeiro, que os Advogados, mas julgou-se o contrario em Aggravio de Petição em tres de Abril de 1683. pela Ordenação do livro 3. tit. 19. §. 13. sem embargo das certidões de todos os Escrivaens. Ordinatio vero, secundum quam bene judicatum fuit, hæc est.

*E acabados de ouvir os Procuradores, farà ler o rol dos presos, e accusados, se os houver.*

10 Unde doleo, quod ita non observatur ex vi hujus clarissimæ legis, cum audientia Prætorum Curialium criminis sit prima sine controversia, & altioris Ordinis; & solum usque ad hæc tempora observatur, quod in illa solum loquantur nostri Advocati, neque audiuntur Solicitatores, licet ex numero. Publicantur processus, sed non vidi publicari in audiencias Civilium causarum contra expressam Ordinationem d. tit. 19 in. 3. §. 1. ibi.

*E o Julgador publicará logo todos os feitos, que levar despachados, e não dirá que os ha por publicados.*

§ Hæc tamen lex certe servari debet, & non levia possunt sequi incommoda ex contrario usu, quæ in medium adducere poteram, si foret hujus loci, qui Advocatorum precedentibus est contentus.

### SUMMARIUM CAPITIS XX.

1 Ordinatio Lusitana exponitur de Advocatis famosis.

2 Notabilitas hujus legis notatur.

3 Hæc lex plurimum honoris nostris tribuit Advocatis. Plura de illa.

4 *Habet locum in aliis locis, & Civitatibus. In Curia rigorose propter solum factum practicari debet. Vide attente quæ hic dicuntur. Advocati suis allegationibus sunt levamen judicantibus.*

5 *Licet à Judicibus inferioribus appelletur, semper equalitas Patronorum est necessaria in prima instantia. Clipeus post vulnera non inservit.*

6 Quando Advocatus doctus ex dispositione istius legis convolat ad aliam partem, receptum à prima restituere debet. In Advocatis consistit utilitas partum; Patronisque egent omnes peritis simis. Judex optimus quandoque non sufficit ad supplendum; & Advocatus potest ei aliquid de jure advertere. Judices attente debent legere, & ponderare totas allegationes.

7 Denegare Advocatum est magnam partem defensionis tollere. Non concedere unum ex peritis simis mihi litiganti largum esset inconveniens. Pars aliqua non potest sibi assumere omnes doctissimos. Quandoque doctus doctissimum vincet. Ad superandum sufficit esse sapiens, licet non famosus.

8 Advocati debent incumbere studiis. Si non docti sunt, sed Doctorelli, à munere arceri poterunt. Privilegia Advocatis concessa non extenduntur ad Doctores. Plura hic videnda ad rem.

9 Examinandi de novo non sunt ad advocandum in auditoriis qui formati accedunt ex Collimbria. Bene vero, ut advocent in Domo Supplicationis. In Domo enim ista debent esse Patroni maioris scientiae. Advocati non sint Saturnini, neque Pupillii stupidi. Utinam non sint Posthumi?

10 Author est etiam Doctorellus, & opti-

Et optime noscit hoc. Suadet alios ad studendum; & ita monet; ipseque parat.

11 In toto terrarum Orbe sunt Doctorelli: Ut priventur à munere est necessaria incapacitatis sententia. Non privantur propriæ ex superveniente causa, sed ex innata cerebro.

## C A P U T XX.

*De Advocato famoso à parte petitio; & casu à Lusitana lege figurato. De doctrina, qua fulgere debent Advocati. Agitur de Doctorellis. Quæritur: utrum gaudeant Advocatorum privilegiis?*

1 **N**ostra Ordinat. lib. 3. tit. 20. §. 14. clarissimis verbis sic disponit, ibi.

*Mandamos que se dous Procuradores mais avantajados forem na Corte, e huma parte tomar ambos, não lhe seja consentido, mas escolha hum delles, e deixe o outro a seu Adversario, se o quizer. O qual será constrangido a procurar por elle, posto que da outra parte tenha sabido os segredos da causa, e recebido algum salario, e tornará à parte que o tinha tomado o dinheiro, que ja della tinha recebido. E isto se fará geralmente em todos os feitos de qualquer substancia, que sejaõ, para que as partes não percaõ seu direito por desigualdade dos Procuradores.*

2 Notabilis est hæc Ordinatio, & antequam ad illius explanationem aggrediar, plura notare, & supponere animus est. In primis credo raro, aut nunquam habere, vel habuisse exercitium; Curia enim nostra omni tempore gravissimis pollet Advocatis, & impossibile mihi videtur, aliqua tempestate non existerent saltem tres, aut quatuor æqualibus ingenii viribus, quibus

sic usum non haberet, aut locum dispositio. Sed si ita est, ad quid lex, quæ semper supponit casum, in quo verificetur, aut saltem verificari possit; alioquin esset inanis, & superflua?

Suppono secundo hanc legem aperte plurimum nobis tribuere honoris, quod nullus, quem vide-rim usque ad hæc tempora notavit; manifeste enim probat nostri ministerii necessitatem, ac muneric prætantiam; supponit enim periclitari jura partium, si non concurrant paribus armis Patroni, veluti cum Turno Pallas alter viribus imparibus. Ulterius: Judices supplere debent, ut disponit *l. unic. cod. ut quæ desunt Advocatis partium*: ergo videtur in Curia non habere locum, ubi Judices famosi: & videbatur, quod melius disponere posset de Advocatis in aliis locis extra Curiam. Sed insinuationi respondeo pro Judicibus, causas plerumque periclitari propter faciū, aut non allegatum, aut male; in quo Judex disertus supplere non valet.

Infero etiam ex prædicta lege, ipsam etiam habere posse locum in aliis locis, & Civitatibus; datur enim vel ipsa, vel adhuc maior ratio; immo extra Curiam videtur posse habere vim, & multoties exercitium, cum v. g. in Civitate non adeo populosa possint existere soli duo Advocati famosi, quibus omnis chorus assurgat. Deinde cum Judices in Villis occupent plerumque, & ordinario primum locum, magis indiget pars egregio Patrono, qui doceat de jure, & sit Judici levamen. In Curia manifeste hoc esse non potest; pollent etenim semper nostræ Civitates Judicibus facundis, Prætoribus egregiis. De Senatoribus autem est indubitable, & dignissimus est Senatus Lusitanus, à quo totus Orbis documenta accipiat. Ergo in Curia debet Ordinatio pra-

eticari propter partium factum, in Villis propter factum, & propter jus; neque enim semel ex Conimbrica noviter adventi Scholastici, ad illas conyolant Judices. Si in Curia Advocatus processus factum bene expponat, & fideliter repeat quod prius diserte, & mature allegavit, Domini Judices supplebunt. In aliis locis potest aliquando saltem respectu unius, aut alterius esse dubitatio. Fateor me violentum dicere in hac materia; sed quis credat Judices adeo sapientes, qui Patronorum doctrinis non egeat saltem ad minuendum laborem? Ego Deo multas gratias ago, eo quod advoco apud Senatores integerrimos, sapientissimosque Dominos. Si vero extra Curiam in Villa aliqua advocarem, ne dicam Civitate, magnum mihi esset tormentum. Propter suam misericordiam liberet me ab hoc Dominus Deus Omnipotens.

**5** Sed cum ab illis Judicibus detur semper recursus, & appellatio; lisque ultimo finem in Curia habeat, videtur non esse praeclsum practicari in illis locis; postea enim Advocati Curiales, & Sapientissimi Patres emendabunt. Non recedo tamen a dictis; æqualitas enim semper debet observari.

*Æquemus pugnas, Ericis tibi terga remitto.*

Et non est tutum, clypeum sumere post vulnera, & ne etiam fastidiosus ad nos, incurialisque accedit processus, de quo vidi multities conqueri bonos Judices.

**6** Restituere jubet predicta lex salarium; & summa ratione; cum enim tali casu definat esse Advocatus, ad alterumque transeat, ab isto secundo debet sumptus accipere, neque potest retinere pecuniam primi. Unde si accipisset dona, pretium, & valorem illorum dandum existimo, si illa non extent, & sint res, quæ consumantur. In Advoca-

tis ergo consistit magna utilitas partium, Patronisque egent peritissimis secundum predictam legem; ita ut si alius diferto fruatur Patrono, quem tu scientia similem non habeas, certe tua causa periclitetur. Quapropter imperite censem aliqui sufficere tibi Judicem optimum, qui non allegata suppleat; manifeste enim hoc est falsum, vel quia Judex factum supplere non potest, vel quia etiam de jure potest Advocatus aliquid advertere, quod fortasse judex alioquin peritissimus ignoret. Non omnia possumus omnes. Hinc etiam aperte deducitur, Judices debere legere omni conatu, & non parcendo labori, omnes allegationes, quas Advocatus edit in processu, quin aliquid prætermittat; & licet incipiat §. legere, & inutilem rem putet, videat quod est in medio, & quod est in fine; quia inter inutile poterit inveniri aliquod utile, & hoc certe, ut juris est satis tritum axioma, per illud inutile non vitiatur.

Si ergo denegare Advocatum absolute, est magnam partem defensionis tollere: *I. Advocat. cod. de Advocat. divers. judic. Postius obs. 102. n. 10.* non concedere parti unum ex Advocatis peritissimis, & famosis, sed istos omnes alteri relinquere, esset manifestum inconveniens; cum etenim Advocato consistat defensio, optima vel ideo in docto defensio est invenienda, ex qua ratione nostra lex suam deducit originem. Hinc infertur non posse aliquos sibi assumere sex, quinque, aut septem (plerumque faciunt; & vidi) Patronos in suis scriptis mandatis; & ideo si alia pars petat unum ex illis, ipsi proculdubio dandus est; quia una pars egregios omnes Patronos non potest simul sumptos habere. Cum tamen hæc urbs vastissimus orbis multis hodie fulgeat, & docti omnes appareant,

pareant, grandem sibi poterit quisque eligere Catalogum, quin adversario deficiant vires. Hac de causa nemo me petet aeternum; sum enim minimus ex illis; qui strepo anser inter olores. Ait notatum a te velim, quod si Advocatus tuus sit sufficienti scientia instructus, bene poterit superare illos eximios bellatores litium, de quibus supponit nostra Ordinatio: & illa fama, de qua loquitur ipsa Ordinatio, est bono judice arbitraria; & aliquando solet esse mendax:

*Tam fidi, pravique tenax, quam nuntia veri.*

- 8 Sed quoniam haec nunquam in disputationem accedunt, ut claudamus caput hoc, notandum est, quod Advocati debent esse imperitia alieni, & bono jure versati. Debent incumbere studiis ut proficiant, & ob insufficientiam poterunt a munere arceri; ut bene tradit Gratian. for. cap. 186. n. 33. ita ut privilegia nostra ad ignaros Advocatos, quos melius vocarem Doctorellos, non extendantur: c. cleric. de judic. Roland. conf. 66. n. 40. lib. 2. Anch. in c. 1. de paroch. Felin. in rubr. de Magistr. in fin. Menoch. de arbitrar. cas. 379. n. 12. Benn. de privileg. jurisc. p. 2. in princ. n. 2. Et licet approbati, ex superveniente causa dicunt DD. reprobari: Bald. in l. sed & si reprob. 7. in princ. de excusat. Tutor. Et Nicolaus de Neap. in d. l. post le- elur. Bartol. refert, quod Archiepiscopus Capuanus redeuntes DD. ad patriam iterum faciebat examinari, & inhabiles repertos reprobabat; quod etiam notat Lenaud. de privileg. DD. p. 1. q. 9. n. 35. tom. 18. Mut. super consuetudin. Panormitan. cap. 68. n. 22. Alex. in l. centur. 5. n. 10. 20. & 21. de vulgar. & pupil. substitut. coler. de proces. executiv. p. 2. c. 3. n. 135.

9 Apud nos Lusitanos numquam

censebo denuo examinandos; quia per examen Universatis illico formati, & graduati suis titulis poterunt advocare in auditoriis. In Domo autem Supplicationis ut adventent, debent esse de numero, neque in illo potest dispensare, nisi Rex; neque Reclor iustitiae facultatem advocandi concedere, quin subeant examen, & approbentur per lectionem, & positis argumentis contrariis; & ita debet practicari, ne fiat præjudicium Advocatis Curialibus; & quia in Domo Supplicationis debent Advocati esse maioris qualitatis, & alti ingenii viri, & non possunt esse saturnini; qui fuit Doctorellus, ut in l. 1. ff. de Senator. notavit Ulpianus. Væ vobis, Pupillii stupidi! Hic citatus tamquam testis, respondit se nihil scire. Cui Tullius tunc: Putas an ne de jure te interrogari? Tales Pupilius non sine dolore agnoscimus hodie. Hi si alicujus Advocati domum ingrediuntur, extemplo illis sermo est in ore. Quid agis, amice, labora ne? Libenter cunctis respondeo, & in via.

*Occurris quocumque loco mihi,  
Posthume, clamans  
Protinus, & prima haec est tua  
vox, quid agis?*

*Hoc si me decies una conveneris  
hora*

*Dicis: habes, puto, tu, Post-  
thume, nil quod agas.*

Parcite tamen, Doctorelli mei, 10 quos sodales agnosco. Fateor me esse vobis parem, licet non vellem. Quid ergo? Demus operam studio, ad nonumque Gymnasium convolemus? Rudes sumus Latii sermonis, libroisque non intelligimus. Væ nobis! Tardat traductio in patriam linguam: vereor tamen de hac jejunemus etiam. Quid juris in hoc casu? Ergo novis sumptibus est repetenda Academia, stellatus que noster Monda? Videnda iterum

Collimbria ridens, Herculeaque  
manu fundata? Heu tempus perdi-  
dimus, antiquoisque sumptus! Ah  
miseri patres, qui vestro sudore  
pecunias partas filiis dedistis! O  
verum dominium! Projiciitis in  
mare. Quales vobis Jurisconsulti!  
Hi grandis ingenii viri, qui mise-  
ros fallunt Patres. Sed non dicas.  
Sunt fortis Compositores: ergo.

*Plena laboratis habeas cum scri-  
nia libris.*

*Emittis quare, Sosibiane, ni-  
hil?*

*Edent hæredes, inquis, mea car-  
mina. Quando?*

*Tempus erat jam te, Sosibia-  
ne, legi.*

II. Dum tamen isti tolerantur in to-  
to Orbe (quia ubique docti, &  
ubique indocti) si dant operam Ad-  
vocatorum muneri, dico ipsis com-  
petere privilegia; quia est necessa-  
ria incapacitatis sententia; & de-  
bent audiri, ut preventur dicto ju-  
re. Quod vero dicunt illi Autho-  
res privari posse ex superveniente  
causa post gradum acquisitum, di-  
cerem ego non ex superveniente,  
sed æternum concomitante causa;  
cerebroque veluti innata. Fugite  
partes à Doctorellis in omni parte  
mundi, Advocatos quærite, quos  
nostra memorat Ordinatio famosos;  
sed illos, quorum fama non habeat  
pennas Corvorum.

---

### SUMMARIUM CAPITIS XXI.

1 *Judices non debent suis verbis  
nostros offendere Advocatos, ne-  
que sub involucris. Ordinatio-  
nis verba ponuntur.*

2 *Ex ista lege deducitur bonos  
Advocatis debitum: Judices debent  
esse affabiles, & benigni; aliquan-  
do graves, & severi non pos-  
sunt injuriare litigantes, & mul-*

*to minus Advocatos; specialiter  
ilios, qui fulgent generis nobil-  
itate; & morum gravitate. In  
propriis Advocatorum causis, da-  
to casu æquali, debent Judices  
favere Advocatis; & istos audire.*

3 *Lusitani laudantur Senatores.  
Judices non possunt in processu  
offendere calamo venenato Advo-  
catos. Nemo verebitur Judices,  
si isti Advocatos despiciant. Qui  
vult honorari debet honorare a-  
lios. Ab Advocatis dependet splé-  
dor audientiarum.*

4 *Judices debent in audientiis, &  
consistorio recipere nostros Advo-  
catos, & reverentiam cum sa-  
lutatione deferre. Advocati co-  
ram Judicibus sedem habent. Se-  
dens dicitur magis honorari,  
quam stans.*

5 *Advocati sunt domini, & per  
verbum Lusitanum vòlsè non vo-  
cantur. Sedes nobis competit de  
consuetudine. De jure Lusitano  
specialiter; & datur Ordinatio.*

6 *Judicibus sedem non debent Lu-  
sitani Advocati, habent enim ex  
legislatoris placito. Vide, & ad-  
de hic verbum legis memoria  
feus, quod denotat proprietatem.*

7 *Senatores Titularibus non ce-  
dunt, & ipsis debetur currus usus.  
Magistratus non debent esse ter-  
ribiles. Benevolentia est regnum  
fundamentum. Judices debent po-  
nere custodiam labiis suis, &  
summa urbanitate loqui.*

8 *Injuria verbis fit, & talis di-  
citur provocans: Judices terrore  
officii plerumque fiunt superbi:  
Credunt se esse scientia Bartolos,  
& fortitudine Hectores metuen-  
dos. Vide plura hic in paucis  
verbis comprehensa ad rem.*

9 *Vide, & lege, & notabis. Judi-  
ces novi increpantur aliqui sine  
experientia, & rejiciuntur su-  
perbi.*

- 10 Laudatur D. D. Emmanuel da Costa Bonicho Senator egregius Praetor Civilium causarum.
- 11 Ponderatur gravitas injuriae nobilibus Advocatis facta; & pulchro sensu.
- 12 Prosequitur materia late, & venustatibus ornatur.
- 13 Judices injuriantes vocantur locustæ. Non debent ferri rapidi, & tumidi in Advocatos. Ipsi debent illis obedire.
- 14 Judices superbi non sunt convenientes Reipublicæ, nec sustineri possunt; immo deponi debent, & quo magis altiori resident loco, vel ideo periculosi sunt humano statui. Patrono bono injuriato debet restituī honos: Hæc materia est arbitraria.

## CAPUT XXI.

Panditur estimatio Advocatis debita. Resolvitur ex lege, & Jure sedem in audiētiis habere. Tractatur de injuriis Judicium contra illos verbis procedentium; Manifestatur acerbitas injuriae.

**O**rdinatio lib. 3. tit. 19. §. 14. sic disponit.

E os sobreditos Julgadores naõ digão palavras de escandalo, nem remoque aos Procuradores.

Et infra. E se os ditos officiaes, ou partes naõ forem diligentes em cumprir o que lhes por elles Julgadores for mandado, ou lhe naõ tiverem o acatamento que devem, procedaõ contra elles, e os condemnem segundo neste regimento, e por nossas Ordenações o pôdem, e devem fazer, sem lhes por isso dizerem cousa, que traga injuria, ou escandalo. E fazendo o contrario, os officiaes, e pessoas sobreditas se poderão queixar, ou agravar aos seus superiores, que nisso provejaõ, e lhes dem a satis-

façao que o caso requerer.

Ex hac Ordinatione aperte deducitur honos, quocum nostri Advocati à Judicibus, Pratoribusque, ac Senatoribus egregiis, in audiētiis publicis recipi debent. Judices debent esse affabiles, & benigni, aliquando graves, & severi, ast non tantum ieveritati est tribuendum, ut valeant, seu ipsis sit potestas injuriare litigantes; multoque minus nostros graves Advocatos, & specialiter illos, qui præter prærogativam sui clari munera, fulgent etiam generis generosi nobilitate, pollente que morum gravitate spectabiles: Bovad. in poli. lib. 3. cap. 14. num. 60. & n. 62. Tradit idem, quod in propriis Advocatorum causis, dato casu æquali, nobis faveant, summa que brevitate, quæ tamen non sit, ut esse solet, justitiae noverca, sententiam proferant, ita ut prius audiāt nos benigne de puncto loquentes; ut de veritate certi fiant; quod omne intelligendum est sine tertii injuria.

Nostros Senatores Lusitanos diu novimus, semperque amabimus, qui numquam sine causa in rostros Advocatos insurgunt, immo multoties summis laudibus ad sydera evehunt, sed tantum benemeritos, & doctos Patronos, qui scriptis advocant; neque calamo umquam injuriam nobis aureo faciunt senatores. Et si Judices facerent, militaret contra Judices supra posita Ordinatio: eadem enim est ratio; & Advocatus vel verbaliter loquatur, seu in scriptis, semper debet honorem consequi, non injurias, si vero male agit, condemnetur, aut suo officio privetur, sive interea deponatur, non ablata tamen justa defensione. Judices inferiores verbis ambiguis in nostros tela vibrantes jam notavimus, confpeximusque non sine dolore; & certe ita facientes indigni sunt munere Judicis. Quis ve- rebitur

rebitur illos. si ipsi Advocatos non colant, in quibus consistit honos, & splendor audientiarum?

- 4 Nota ergo, quod Judices debent in audientiis, & consistorio recipere nostros Advocatos, & reverentiam cum salutatione deferre. Tenet *Casan.* in *Catalog. glor. mund.* p. 7. conf. 3. §. 11. *Gregor.* in l. 7. tit. 6. part. 3. *Stephan.* *Grat.* *discept.* *for.* cap. 284. n. 15. cum seqq. Et debent sedem coram Judicibus habere; sedens enim dicitur magis honorari, quam stans: *Azeved.* ad *Curiam Pisan.* lib. 2. cap. 2. n. 2. noſter Barbos. ad prædictam Ordinationem eleganter tradit.

- 5 Si ergo tam digni sunt nostri Advocati, quomodo Judices ipsis facient injuriam? Abitineant à verbo *vōſſē*, & dominos vocent; non sumus enim illorum vassali, & licet forent Advocati, semper domini vocari deberent; maxima enim sacerulis omnibus distinctio illis data fuit etiam à terrarum Dominis, & Titularibus. Quoniam autem supra diximus sedem ipsis destinandam, queritur hic opportune, utrum sedes illis competat de jure? *Christophorus Bovadill.* in *sua Politic.* lib. 3. c. 14. n. 60. licet fateatur nostros Advocatos sedem habere, & ita servatum unanimiter, dicit tamen quod secundum jus stare deberent. Cum tamen ego non videam textum aperite probantem hoc, assentiri nolo; neque in toto corpore juris inveniri poterit. Quidquid tamen esset de jure noſtro Lusitano incontroversum est sedem nostris Advocatis competere; *Ord.* lib. 3. tit. 19. §. 7. ibi.

*E os Procuradores terāo ſeus aſſentos ordenados.*

- 6 Quod ergo nobis dant leges, Judicibus non debemus; neque ab ipsis ulla est licentia petenda, neque sperandum, quod Judices jubeant nos sedere. Unde si aliquis ingrediatur ad audientiam, cui venien-

ti omnis chorus Advocatorum de more folito assurgat, ex eo quod jam stat in cathedra, fedemus illi. co, dato brevi prius spatio, ut Ju- dex fedeat; quod si ille facere no- lit, faciamus nos libenter; quia etiam fessi senes quandoque sumus, & qui pedibus multi verius, illi vero curribus; aliquando, antiqui- tusque suis mulis, sicut de Fran- ciæ Judicibus locutus est aureus Ja- cobus Societatis novus splendor in suo certe virgiliano Poemate, & si rite recordor, ait:

*O ubi Francigenum veneranda mo- destia Patrum,*  
*Quos astate graves ad sacrum mu- la ſenatum*  
*Portabat.*

Non per hoc tamen improbes currus uolum fane Judicibus debitum, & eorum eximiae gravitati, quo qui- dem plurima evitantur incommoda, & non perditur tempus, neque oc- currunt partes equitantibus, neque pluvia viri grandes molestantur. Ul- terius: Senatorum maxime Munus præstantia vel ipsis Titularibus non cedit: ergo omnis authoritas ipsis præcisa, & omnis pompa non invi- denda.

Redeamus ad intentum, & ad mentem nostri capit is. Ponant ergo Judices custodiā labiis suis, sicut faciebat David. *Pone Domine, cuſ- todiam ori meo.* Lingua data fuit ho- minibus ad loquendum graviter, & urbanitate, comitatèque debita no- bilibus, ita ut verba pacifica, & composita distinguantur ab injurio- ſis, & contumeliosis, & hanc mo- derationem, sanctumque morem præcipue observare debent illi, qui in judicio sunt super cathedram: Ideo dixit Apostolus. *Sermo vester ſemper fit in gratia ſale conditus.* At- tendant Judices ad dictum illud De- mocriti. *Amabilis eſſe eligas potius, quam terribilis.* Alio modo, sed eo- dem fenu explicavit Pitagoras, ut refert

refert alicubi Stob. de Republic. Magistratus (dicebat) non opportere tantum prudentes esse, verum etiam benignos. Immo secundum Plutarchum benevolentia dicitur etiam ipsorum regnum fundamentum. Cur ergo intitent Judices injuriis claris, vel ambiguis.

*Quæne hæc tam barbara morem  
Permittit Patria?*

8 Injuria plerumque verbis fit, & ita faciens dicitur provocans, & aggressor: *Florian. in l. sciam §. qui cum aliter n. 3. v. item contra illum ff. ad Leg. Aquil. Alvarot. conf. crim. divers. 74. n. 29. lib. I. Paseth. conf. 202. n. 8. & n. 11.* Bene de Judicium injuria scripsere aliqui, qui dicunt, illos terrore officii fieri superbos, & sic munere abutentes putant solos se esse Heatores metuendos. Si ad scientiam aspicias, credunt se esse Bartolos, & Baldos. Mihi credant omnes: Potest esse Judex, & Judex ignorans, judicium enim scientiam non infundit. Non sunt Pori, neque Alexandri semper, aliquis poterit esse Drances; cui sit Mavors in lingua ventosa.

9 Cum hæc legerit quis, me loqui intelligat, non de viris eximiis, & modestis, quos semper nostra alma genuit Lusitania, florentque semper his urbibus; maiori enim ex parte sunt Judices experti; & Curiales, nobiles, urbani, affabiles, docti; & fateor me non adulatiois causa loqui. Veritatem dico, non mentior. Illi vero, qui siue experientia extra urbes Ulisponis ad cathedras attoniti convolant, sunt aliqui celeberrimi viri, qui suo honore tumidi munus horcent Advocati, ex Regum etenim familia sunt. O quam melius hac mea domo possem ego docere aliquos de multis substantialibus iudiciis, cum tamen rudi Minervæ sim. Quid facient alteri docti jAdvocati? Isti

Domini, de quibus loquor, vocantur de *primeiro banco* nostro Lusitano idiomate, plures autem nostro famosos; & summa diligentia versatos; regula enim omnis habet suam exceptionem.

Ad hos ergo forsitan attendit 10 Lex, quia sunt parvæ experientia, & solum de ipsis poterit oriri injuria, non vero speratur de clarissimis Prætoribus Curialibus. Quis hoc tempore non laudet Dominum D. Emmanuelem da Costa Bonicho? Nempe scientia ipsius, prudentia, generisque eximii splendor decorum facit. De cæteris taceo, qui hodie Judices florent hac urbe, ne Catalogum edam ab opere parvo alienum.

Graviter ergo à viris ferenda est 11 injuria Advocatis, qui si graves, bonique sint, potius vellent sustinere bonorum jacturam, quam verborum injurias. Quibus non malis tentata Jobi constantia, quibus non lacepsita damnis, cum amitteret pecora, filios, & ancillas, nec corpori parceretur in ulcera liquefcenti? In tantis calamitatibus diluvii laudans benedicit. *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Dominus placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Job. cap. I. v. 3. veniunt ex proximis Regibus antiqui amici, & tunc maledixit diei suo: *Pereat dies, in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo: dies illa vertatur in tenebras.* Cur ergo modo Job dolorem exprimit? Quid miseris hominibus suavius est, quam apud amicos ærumnas deponere pia querela? Quid melius, quam ipsos audire.

*Attonitum qui me, memini, charissime, primus  
Ausus es alloquo sustinuisse tuo.*

Ait considerate: Amici isti cum 12 ob scelerum causas puniri à Numine